397.

4° Diff. 414.

IVRISPRVDENTIAM PVBLICAM

CIRCA

TITVLOS OFFICII

IMPERATORIS AVGVSTISSIMI

PVBLICO EXAMINI SVBMITTENT

IN ACADEMIA

GEORGIA AVGVSTA

D. SEPT. MDCCXXXVII.

PRAESES

GOTTLIEB SAMVEL TREVER D.

REGIS MAGNAE BRIT. A CONSILIIS AVLICIS

IVR. PVBL. POLIT. ET MORAL. PP. O.

ET

RESPONDENS

GEORGIVS LVDOVICVS MEHMET A KOENIGTREV

LONDINO-BRITANNVS.

GOTTINGAE,

TYPIS I. C. L. SCHVLTZII, ACAD. TYPOGR.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Cap. I.

DE PRVDENTIA CIRCA TITVLOS IMPERATORIS GENERATIM

SVMMARIVM

§. 1. titulos describit & distinguit. §. 2. Limites nostrae dissertationis ponit. §. 3. Docet circumspectione opus esse circa titulos imperatoris. §. 4. Primo: titulos caesarum respiciendos potissimum in actis & documentis publicis obvios. § 5. Secundo: fundamentum tituli esse eruendum. §. 6. tertio: vetustiores titulos non trahendos esse in nostra saecula. §. 7. quarto: non universales dicendos, qui saltem in domesticis habendi. §. 8. quinto: non aestimandos ex usu grammaticorum, sed ex potestate vocabulorum politica.

§. 1.

Tituli sunt nomina status & eminentiae, quibus homines inter se distinguuntur. Non statim innotescere poterat aliis, cuius status sint homines & conditionis, quantum pretium habeant in republica & aestimium, quas sibi possessiones adquisiuerint vel sibi deberi existiment, quo gradu ceteris praecellant. Hinc certae notae, vocabula, formulae loquendi tamquam signa adsumta, quibus ideas status & eminentiae subiecerunt aliisque significarunt. Eminentiam & qualitatem indicare solent vel virtutis & praestantiae siue verae siue fucatae vel factorum ex

ſtantiorum vel dignitatis vel officii, cui praefecti ſunt. Quae res, quum ampliſſimum habeant ambitum, etiam titulorum materia numeroſiſſima eſt & effuſa. Addidit vberrimam ſegetem hominum vanitas, ambitio, ſuperſtitio & in tantam longitudinem porrexit, vt voluminibus opus ſit, ad titulorum omnium origines, progreſſus, poteſtatem, immutationes & fata repraeſentanda. Tituli ſunt vel bonorum vel honorum vel officii: iſti ſunt nomina poſſeſſionum, regionum, regnorum: illi nomina qualitatum & aeſtimii: hi vero munus ipſum denotant & officia inde reſultantia. vid. RECHENBERG *diſſ. de titulorvm indole & vſu varioſect. I. aphor. 2. ſqq.*

§. II.

Solius imperatoris romani tituli productam ſatis habent amplitudinem ſiue reſpicias honoris ſummum faſtigium & dignitatem ſiue ſtatum & poſſeſſiones vaſtiſſimas ſiue officii rationem & partes. Neque animus eſt inueſtigandi omnia honorum vocabula, formulas omnes, quae imperatoris romani nomini iungi ſolent, ſed inquirendi ſaltem in nonnullos titulos officii, quod ſummo Germaniae capiti adnexum eſſe intelligitur. Noui equidem, quam multa de iis congeſſerint BECMANNVS, SELDENVS, FELTMANNVS, WAGENSEIL, PFEFFINGERVS, quot diſſertationes de iis ſint conſignatae, ſed tantum abeſt, vt ſcriptorum copia nos a noſtro inſtituto deterreri patiamur, quaſi crambem bis coctam exhibituri, vt potius illa ipſa nos incitauerit, recenſere ea, quae illi omiſerunt. Quamuis enim

enim non potuerimus non titulos nonnullos attingere ab aliis iam explanatos, plurimos tamen apud alios frustra quaesiueris, in catalogum vulgarem non relatos nec explicatos. Quid quod etiam pro instituti nostri ratione fundamenta compellationis diligentius exquisiuimus & quid prudentia iuris circa eosdem postulet, indagauimus.

§. III.

Non enim sufficit titulum cuiusdam nosse, sed ratio noscenda quoque est, cur ei competat & quo iure. Quos non titulos adfectauit hominum fastus & ambitio, omni fundamento destitutos? quae non excogitauit nomina adulatio scriptorum, quibus opinionem de praestantia & perfectione alterius significare voluerunt? Cumprimis circa titulos imperatoris circumspectione opus est. Maiestas eius tanto splendore oculos nonnullorum fascinauit, vt ipsi tribuerent, quidquid summo inter homines fastigio designando conuenire videbatur, incurii, num imperii Rom. Germ. indoles, num Caesaris potestas pactis publicis circumscripta, num gentium reliquarum decor & libertas, num tot alia momenta circumstantia pompam illam vocabulorum permitterent. Cui non stomachum mouent hodie BARTOLI adserta *ad L. 24. de Captiv. & postlim. & forte si quis diceret, dominum imperatorem non esse dominum & monarcham totius orbis, esset haereticus, quia diceret contra determinationem ecclesiae.* Quis aequo animo feret hyperbolen diplomatis RVPERTI ducis Bauariae a. 1356. apud TOLNERVM *cod. dipl. pal. p. 107.* qua caesarem describit *eum, cuius potentia totius*

mundialis machinae regitur monarchia. Assentatio MARTINI ICti, qua FRIDERICO I. quaerente, imperatorem dominum mundi esse adseruit, dudum reiecta, de qua OTTO MORENA *de rebus Laudensibus* apud LEIBNITZ *T. I. scriptor. p. 818.* WIPPONIS adulationi adscribendus titulus, quem in dedicatione vitae CONRADI II. huic caesari tribuit: *huius orbis domino dominantium.* Aegre illum tulit LEOPOLDVS M. quum enim a Turcarum legato dominus dominorum omnium appellaretur, respondit piissimus Caesar: *nemo dominus dominorum est, nisi solus Deus.* RINK *Leben Leop. P. I. p. 98.*

§. IV.

Regulae ergo nonnullae adnotandae sunt in nostram cautionem, ne erroribus circa titulos imperatoris adhibendos & comprobandos abripiamur. I. Non curanda priuatorum auctoritas, qua vsi sunt in effingendis verborum lenociniis, sed respiciendi sunt tituli caesarum in actis publicis occurrentes. Hi enim vel ab ipsis imperatoribus vel ab imperii proceribus vel gentibus aliis profecti, alicuius momenti esse videntur rationesque complecti, ob quas caesari attributi sunt. Eam ob caussam WAGENSEIL suam *de titulis imperatoriis* disquisitionem, qua tamen titulos officii vix attigisse legitur, hac regula non omnimode vera *p. 21.* finiuit: *solos eos authenticos esse, quos ipsi imperatores in numis, bullis & diplomatibus vsurpant & qui in recessibus imperii comitiorum conventibus ac a statuum primariis illis tribuuntur.* Priuatis saepe nimia veneratio, adloquutionis Caesaris

inso

insolentia, fastigii a se remotissimi summitas, timide considerata, imposuit, vt titulos inuenerint, non caesaris qualitatibus significandis, sed suis de eo opinionibus exprimendis idoneos.

§. V.

II. De fundamento tituli simus solliciti idque eruamus ex imperatoris statu, virtute, dignitate, officio. Quicumque enim his fundamentis non innituntur, merito suspecti habendi vel saltem de iis dubitandum, donec compellationis ratio sufficiens appareat. Nonnumquam inseruit ista disquisitio ad titulum euincendum, qui primo intuitu minus solide tribui videbatur. Neque legum imperii auctoritas nos deterrere debet ab hac exploratione: potius curiosiores reddimur ad inuestigandam caussam, cur leges publicae titulum adhibuerint, alias insolentem. Nouimus errores politicos & historicos iis irrepsisse, quos temporum communis ignorantia vel superstitio secum aduexit: videndum ergo, num etiam titulus hic vel ille ex vana persuasione aliquid hauserit. De *aurea bulla* in vulgus notum est, caesarem in ea appellari *temporale caput populi christiani*, *mundi*, *fidelium*, in quo vel defendendo vel explodendo commentatores certatim desudarunt. Bene monet KEMMERICH *l. P. L. 3. c. 3. §. 33. p. 390. Vti incerta quodammodo & inconstans est titulorum philosophia: ita non semper pro authenticis habendi, qui ab ipsis imperatoribus in numis, bullis, diplomatibus vsurpantur, aut in comitiis ac recessibus a statibus ei tribuuntur.*

§. VI.

III. Distinguantur circa eos tempora & qui olim in designandis Imperatoribus romanis in vsu fuerunt, non statim in nostra trahantur saecula. Tituli valent vt numi, quorum pretium vel augetur vel minuitur temporum lapsu. Consuetudines gentium etiam titulis dominantur miramque ostentant in iis varietatem. Adiiciebatur olim nomini caesarum titulus *consulis*, *proconsulis*, *pontificis maximi* pro habitu & simulacro reipublicae romanae, quae nostri imperii constitutio plane non admittit. Obsoleuit TITI FLAVII VESPASIANI amor & vocabulum *Flauii* dudum amisit locum inter elogia Caesarum. Additi fuerunt indices victoriarum gentiumque debellatarum nomina in honorem tracta sunt: caesares dixit antiquitas *Arabicos*, *Parthicos*, *Adiabenicos*, *Alemannicos*, *Francicos*, *Gothicos* & notauit saepe, triumphatas magis fuisse gentes, quam deuictas. Stilus hodie publicus ignorat ista blandimenta, quae non adhibentur, nisi a priuatis nonnumquam oratoribus, caesarum facta Romanorum more designaturis. Titulo olim inserebatur formula: *a Deo coronati magni imperatoris*, vt de CONSTANTINO *Copronymo*, ARTABASDO, NICEPHORO obseruat BARONIVS *ad a.* 443. Ipsi CAROLO A. 800. acclamauit populus romanus: *Carolo Augusto, a Deo coronato Magno ac pacifico imperatori Romanorum vita & victoria. Mon. Egolism. ad a. 801.* ADO *Vienn. aet. 6. fol. 181.* Nemo facile illam adhibuerit hodie in imperatoris titulo.

§. VII.

IV. Non iudicentur esse vniuersales tituli, qui in do-

domeſticis dumtaxat habendi. Non deneganda gentibus libertas, pretia ponendi ſuis rebus, regnis & imperantibus adeoque adhibendi ſigna ſui aeſtimii, quae titulis quoque continentur. Non tamen aliae gentes ad adgnoſcenda illa pretia obligantur nec cogi queunt iuſte, vt eadem honoris & aeſtimii vocabula illis attribuant. Opus hic eſt perſuaſionibus, conſenſu vel tacito vel expreſſo. Hinc tituli imperantibus ſuis ab aliquo populo tributi non ſtatim ab aliis populis & rebuspublicis approbantur. Subſiſtit valor eorum & vſus intra limites regni, in quo pronati ſunt neque inuenti eſſe videntur, vt ab aliis quoque gentibus recipi debeant: quapropter merito domeſtici appellandi. Imperatoris romani character vniverſalis eſt, quem nemo non adgnoſcit: ſereniſſimi, potentiſſimi elogium a gentibus non facile denegatur. Sed non eadem ratio eſt vocis *inuictiſſimi*, quam de caeſare noſtro nos Germani tantum non omnes praedicamus. *Caput orbis, caput populi chriſtiani* non facile adgnoſcent aliae gentes in caeſare noſtro: *qua* de re ſcite iudicat illuſtris LVDEWIG *ad A. B. T. 1. tit. 2. §. 3. p. 346.* Wie ich dieſes alles den Cantzeleyen nicht verdencke, alſo nimmt mich doch auch nicht wunder, warum ſich jener Geſandter über dieſen Worten einen Eyd zu GOtt abzuſchweren ein Gewiſſen gemachet hat. Deſſen unglaube darinnen beſtanden: andere ſouueraine Königreiche wollen keine Glieder vom Römiſchen Reich ſeyn: die Griechiſche Kirche ſey hierunter nicht einmahl verſtanden worden: Engelland und die Nordiſchen Kronen haben mit dem Pabſt auch dieſer Lehre abgeſaget. Es iſt bekandt, was Blondellus, Chifletius, Böclerus in der eigentli-

chen

chen Dissertation de S. R. I. wie auch Conring in dieser weitaussehenden Sache geschrieben und gestritten haben und wie ungläubig sich jetzo alle Königreiche der Welt hierunter bezeugen. Und will die Sache nicht ausmachen, was der Frey-Herr von Lynker p. 30. das dem R. I. 1530. Augsf.§. nachdem aber, oder vielmehr dem Arumaeo diss. 2. §. 12. p. 94. anführet, darinnen der Kayser der oberste Voigt der Christenheit genennet werde: dann sich die auswärtige Staaten von unsern Reichs-Gesetzen wenig Anfechtung machen werden.

§. IIX.

V. Non aestimentur tituli nec explicentur ex vsu Grammaticorum, sed ex potestate vocabulorum politica. Sensus grammaticus saepe ita comparatus est, vt titulus applicari possit ad multa regna capitaque populorum, qui tamen per vsum politicum, suffragationem gentium & auctoritatem publicam genti cuidam proprius redditus est. Errorem hinc commisit BLONDELLVS *in praef. apologet. contra Chifflet*, vbi titulum sacri imperii soli imperio Rom. Germ. competentem ex Grammatica vocabuli potestate aestimat aliisque regnis communem esse vult: *eodem iure* inquit, *& Franciae orientalis & Hispaniae regna, quorum alterum christianissimum, alterum catholicum dici solet, imperia sacra, id est ditiones ac regna Christi nomine consignata Deoque consecrata ex officio fuerint & nuncupari debuerint.* Quem BÖCLERVS *diss. de S. R. imperio p.* 417. *seqq.* satis refutauit & ostendit: *titulos vsu & sollemnitate, non ratiunculis & ritu Lexici, vt cuique in mentem venit, explicari debere.* Inepte nonnulli caesaris nomen

iis

iis tribuerunt, quibus imperatoris *titulum* datum nonnunquam esse intellexere, quod senserint in romano Imperio Cæsaris & Imperatoris vocabulum idem significare: quum tamen monente FELTMANNO *de titulis honorum L. 1. cap. 34. §. 3.* nulli caesaris titulus adscribi possit, nisi ei, qui in locum Caesarum venit romanique imperatoris personam sustinet. Male ergo MORTONVS librum *de consiliis pacis* CAROLO I. inscripsit, *Caesari magnae Britanniae* & mercatores Londinenses monumentum CAROLO II. positum: *Carolo II. caesari Britannico.* Accedit etiam titulum grammatico sensu acceptum saepe locum inuenire non posse, qui tamen admitti potest, si ex vsu politico habitoque respectu ad reipublicae, in qua adhibetur, indolem recte explicetur. Aureae latinitatis studiosi noluerunt principum nomini honoris causa *Domini* vocabulum praemittere: vetus enim latium alium significatum voci subiecit. Sic FELTMANNVS *de tit. hon. L. 2. cap. 32. §. 17.* testatur: *vir mihi amicissimus Ioan. Georg. Graeuius ne regibus quidem aliisue maximis principibus titulum domini tribuit, quando latine ad eos scribit, iisue libellos suos sacros facit, quod ab illa re puritas latini sermonis plane abhorreat: quin hanc si amamus etiam a vocabulis clementiae, serenitatis similibusque abstinendum, licet Symmachi saeculo iis vterentur.* Vide quae de domini titulo respectu imperatoris disputarunt STAMLERVS *de reserv. Imp. §. 25.* & LIMNAEVS. *ad capitul. Ferd. IV. p. 863.* Imperatorem nostrum monarcham vocare quid vetat? Sed caue, ne vim omnem voci attribuas, quam eius etymon & vulgaris sensus de regimine ad solam vnius voluntatem composito ei subiecit.

Cap. II.

Cap. II.

DE TITVLIS OFFICII IMPERATORIS R. G. SPECIATIM.

SVMMARIVM.

§. I. docet, fundamentum horum titulorum in officio imperatoris positum, ad quod toties ab imperatoribus prouocatum. §. II. Formulam de officio Imp. a clero LL. actisque publicis illatam. §. III. non tamen ratione destitutam esse: hinc nata esse signa officii & nomina sine titulos officii, qui hic recensentur §. IV. Sistitur aduocatus ecclesiae Christianae. §. V. Vicarius Christi. §. VI. Caput temporale fidelium §. VII. Dux exercitus Christiani. §. VIII. Protector Palaestinae, catholicae fidei, conciliorum. §. IX. supremus aduocatus ecclesiarum Germaniae. §. X. Supremus ecclesiarum Cathedralium Germ. defensor & conseruator. §. XI. Dux publici consilii. §. XII. Caput supremum, Dominus, princeps imperii. §. XIII. Administrator imperii. §. XIV. Pater imperii. §. XV. Amplificator regni. §. XVI. supremus feudorum Dominus. §. XVII. supremus rei militaris in imperio praefectus. §. XVIII. Summus iudex imperii. §. XIX. Custos & Conseruator Legum. §. XX. supremus pacis exsequutor. §. XXI. Supremus custos tranquillitatis publicae. §. XXII. Dux generalis circulorum omnium. §. XXIII. Fons omnis jurisdictionis Imperii. §. XXIV. summus protector dignitatis iuriumque Electorum & principum. §. XXV. Fons, protector, dictator maximus nobilitatis. §. XXVI. Vnicus Dominus & tutor iudaeorum.

§. I.

Titulus officii est signum iuris vel obligationis ex munere proficiscentis. Munus autem cum dignitate caesarea sibi demandatum esse nunquam non confessi sunt imperatores & frequenter ad id prouocarunt. Regimen ipsum cui praesunt, munia inuoluit diuersi generis, justitiam administrare, ecclesiam, clerum, bona ecclesiastica seruare, tueri, defendere, bene meritos & praestitam fidelitatem praemiis exornare, libera-

litatem, munificentiam, clementiam exercere &c. Quorum in exordio diplomatum medii aeui frequentissima fieri solet mentio, vt exinde non miremur, imperatores officii sibi incumbentis mentionem feciſſe. Jam LVDOVICVS *pius* gubernationem Imperii dixit *ministerium* in *capitular. ad a. 823. c. 3. ap.* BALVZE *p. 634. Quam quam summa huius ministerii in nostra persona consistere videatur, tamen & diuina auctoritate & humana ordinatione ita per partes diuisum esse dignoscitur, vt vnusquisque vestrum in suo loco & ordine partem nostri ministerii habere cognoscatur*, & *Cap. 4. vt nobis veri adiutores in administratione ministerii nobis commissi existatis.* In *addit. II. ad capit. c. 25. p. 1147.* explicatur vberius de ministerio regali, quale sit. In praecepto p. 675. *diuinis*, inquit LVDOVICVS, *praeceptis & apostolicis monitis incitamur, sed & imperatorii regiminis officio commonemur* &c. Praeceptum HENRICI II. Imperatoris statim meminit imperialis officii: *quoniam nobis diuinae pietatis prouidentia, imperialis officii curam commissam credimus, nos quoque erga ea, quae ad Christianas religiones pertinent & ad cultum institiae iugiter sollicitare debemus v.* ECCARD *ad Leg. sal. p. 201.* CONRADVS III. prouocat ad *sacram officii sui rationem* in dipl. apud TOLNER *cod. dipl. pal. p. 43.* Idem fatetur Fridericus I. *imperii*, inquit, *Romani, cuius apud nos ministerium auctoritatem pones vos, qui optimates regni estis recognoscimus---- ministri ergo iustitiae suffragium vestrum iuste postulamus, vt temeritas aduersariorum careat effectu & imperii status ad nostra deductus tempora nostro ministerio debitum sortiatur honorem.* HENRICVS VI. monet in diplom. apud TOLNERVM *l. c. p. 37. Imperatoriae maiestatis a Deo nobis*

bis creditum est officium. Tantum abest, vt recentiora tempora abhorruerint officii Caesarei confessionem, vt potius frequentius in ore Caesarum fuerit & in ipsis legibus imperii locum inuenerit. *Aureae Bullae* prooemium loquitur de officio, quo Caesarea dignitate potitur imperator. CAROLVS IV. in edicto *de ecclesiastica libertate* monet, *se ex officii debito teneri necessitatibus & iniustis oppressionibus consulere. v.* ECCARD *ad Leg. Sal. p. 203.* FRIDERICVS IV. *in R. I. Francof. 1442. in prooem.* So haben wir uns von der Würde, wegen unsers Königlichen Amts ꝛc. dazu ergeben. Nolo cumuare testimonia legum imperii, quae jam copiose congessit LIMNAEVS, *ad prooem. A. B. obs. 17. & in annot. ad art. 1. Capit. Car. V. 128. seqq.* SPENER *I. P. P. V. p. 100. 101.* Addam sa'tem recentissima: IOSEPHVS Imperator rescripto Caes. ad officialem Leodiensem illuc prouocat: *quum iuxta iuratam capitulationem nostram Caesaream nobis pro supremo officii nostri Caesarei munere incumbat.* Staats Cantzley *T. 35. p. 594. 600.* Capitulatio nouissima art. 1. retinuit formulam praecedentium Daß wir in Zeit solcher unsrer Königl. Würden, Amt und Regierung ꝛc. Acta publica ostendunt, iustissimum Caesarem CAROLVM VI. copiose ad muneris incumbentis rationem prouocasse: vel vnum sufficiat *decretum commissionis a.* 1720. in comitiis communicatum, in quo multoties officii caesarei mentio inicitur: „Ob „wol Ihro Kayserl. Majest. an Dero Kayserl. Ammt „nirgend nichts haben gebrechen lassen. Staats K. T. „37. p. 437. gestalten sie in allen Dingen welche an sie „ordentlich und geziemend gebracht, und worüber De„ro Kayserl. Amt gebührend angesuchet worden, mit

De:

„ Dero Wissen und Willen dasselbe niemand mit Wor-
„ten oder Wercken versaget, sondern solches den Reichs-
„ und andern Gesetzen nach, jedesmahlen haben ohnpar-
„ theyisch angedeyen lassen. *ibid. p.* 443. so wenig kön-
„ten sie sich des Ihro dagegen dißfals und sonsten ge-
„ bührenden Kayserl. Amnts einseitig von einem
„ Theil eines Reichs-Tages gleichsam entsetzen und neh-
„ men lassen, *ibid. p.* 448. sonsten auch an Dero Kay-
„ serl. unpartheyischen Ammt und fernerer Sorgfalt
„ in Rechts- und Reichs, geist- und weltlichen Sachen
„ weiters ohnermüdet nichts ermangeln lassen. *vid. p.*
„ 468.

§. II.

Noui equidem SPENERVM *I. P. G. P. 2. p. 89.* hanc officii commemorationem apud reges Germaniae deduxisse ex Germanorum antiquissimo libertatis studio, quo regibus adductam permiserunt potestatem & magis administrationem regni supremique magistratus munus quam majestatem suo arbitrio exercendam detulerunt. Sed vix vero videtur esse simile, clericos, qui stili publici eo aeuo erant opifices, ad genium veterum Germanorum hac in materia respexisse, qui vix gnari erant consuetudinum antiquitatis Germaniae, praesertim circa reges, quorum rarior erat apud Germanos constitutio. Potius officii regii compellatio & doctrina ex stilo ecclesiastico in stilum regnorum publicum iis opitulantibus translata est: quippe in sacro codice magistratus ciuilis regumque officia luculentissime inculcantur, quorum formulis adsueti data occasione etiam de officio regum in capitularibus legibusque pu-

blicis loquuti ſunt. Accedit plurima capitularia ſumta eſſe ex conciliis & ſynodis epiſcopalibus, vt oſtendit BALVZE *praef. ad capitul §. 9.* vbi verisſimam ANTONII AVGVSTINI Tarraconenſis Archiepiſcopi ſententiam pronuntiat, qui *in dialogis de emendatione* ait *ſuſpicari ſe, fontem capitularium fuiſſe ipſa concilia atque conuentus, in quibus imperator cum epiſcopis & aliis conſiliariis de rebus tam eccleſiaſticis, quam profanis agebat.* Quam facile ergo communisſima de officio regum & principum moralis doctrina irrepere potuerit, facile intellectu eſt. Sane *additio II. capitularibus Caroli M. & Ludouici pii ex Anſegiſi collectione* facta id clariſſime probat, dum c. 25. de miniſterio regali ex ſacris bibliis *Iobi 29. Prov. 20. Lib. Sap. 1. & 6.* explicat. Deſumta inſuper eſt ex *concil. Pariſ. VI. L. 2. c. 2. concil Aquisgran. II. tit. 3. c. 3. 4. 25.* & aperte ſacerdotes eius auctores fuiſſe innuit: regem enim adloquuntur, quod propter virtutes ſuas ſuperſedere iubeat labore *plura colligendi ſanctarum ſcripturarum teſtimonia regio nomini & officio conuenientia, vt non ſit neceſſe ſacerdotibus domini, copioſioribus exemplis qualibet exaggeratione veſtrum,* inquiunt, *animum onerare: & -- Verum, quod ſi haec vobis caelitus adtributa non fuiſſent, cum temporali periculo propter auctoritatem miniſterii noſtri vos ad ea peragenda admonere, immo admonendo exigere a vobis quoquo modo debueramus.* V. BALVZE T. *I. p. 1148. ſeq.*

§. III.

Non tamen ſine ratione & fundamento ſtilus imperii formulam de officio imperatoris admittit. Cuiuis imperanti incumbit munus magiſtratus ſupremi, imperan-

randi officium vaſtisſimum, eminentisſimum, cuius ambitus amplisſimus patet ex tot miniſtrorum publicorum generibus, quorum opera ſummi imperantes vtuntur in exercendis illis curis & exantlandis negotiis, quae munus ſuum conſequuntur. Caue modo, ne officii vocabulum rapias in diminutionem ſummae maieſtatis imperatoris, quaſi *officialis* & miniſter ſit imperii, cuius munus demandatum ab imperio, tamquam ſuperiore proficiſcatur. Magiſtratus ille ſummorum imperantium reſpuit ſuperiorem: Summus eſt & ex pacto oritur, quod populus vel proceres, qui eum repraeſentant, cum regni candidato inire ſolent. Eamdem habet originem ac maieſtas, eandem ſummitatem: & quidni haberet, quum eiusdem indolis ſit & cum maieſtate intime connexus. vid. LYNCKER *de capitul Caeſ. §. 11. p. 54.* Quum vero officia iſtius magiſtratus varia ſint circa ſacra & profana, circa tot genera ciuium, tot neceſsitates reipublicae, hinc facile oriri poſſunt tituli multiplices, quibus ea deſignantur. Hos titulos officii maximam partem hic expendendos nobis ſumſimus in imperatore Rom. Germ. non quos ingenioſe ex officiis caeſaris deducere licet, ſed quos in actis ſcriptisque publicis ipſi iam tributos legimus.

§. IV.

1. Aduocatus Eccleſiae Chriſtianae.

Obriſter Voigt und Schirm-Herr der Heil. Chriſtl. Kirchen.

Decantatisſimum hoc eſt officium defenſoris eccleſiae CAROLO M. iam delatum & ad imperatores

Ger-

manicos propagatum, De quo tot leges imperii, tot acta publica teſtantur, tot ſcriptores iuris publici explicarunt, quos PFEFFINGERVS *T. 3. ad Vitr. p.* 107. recenſuit, vt labore facile ſuperſedere ſqueamus de eius origine, progreſſu, juribus agendi. Neque ſola pontificis Romani conceſſione nititur, ſed etiam conſenſu tacito gentium Chriſtianarum, quem per tot ſaecula factis ſuis comprobarunt, vt recte obſeruauit BECK *de triplici aduocatia imperatoris eccleſiaſtica.* FRIDERICVS IV. adgnoſcit muneris in ea' poſiti rationem in *auiſamentis ad Eugenium IV. a.* 1433. apud GOLDAST. *conſt. Imp. T. 3. p.* 427. *ad ſatisfaciendum quoque debito noſtro, quod nobis tamquam romanorum regi aduocato & deſenſori eccleſiae incumbit.* Idem appellat nobile officium in litteris ad CAROLVM VII. Galliae regem a. 1440. exaratis: *animum noſtrum eo premit ardentiusque ſollicitat, quo eidem eccleſiae, matri noſtrae* &c. *& nobili aduocationis officio fortius conſtituimur obligati.* Quorſum etiam faciunt verba *Rec. I. Auguſtani a.* 1530. §. 9. quae CAROLO V. tribuuntur. Wie uns als Römiſchen Chriſtlichen Kayſer, oberſten Voigt und Schirm-Herrn der heil. chriſtl. Kirchen von Ammts wegen unſern Gewiſſen nach gebührt. Praeter copioſa receſſuum imperii teſtimonia firmatur capitulationibus omnibus & *nouiſſ. art. 1.* Daß wir in Zeit ſolcher unſrer Königlicher Würde, Ammt und Regierung die Chriſtenheit dem Stuhl zu Rom, Päbſtl. Heiligkeit und Chriſtliche Kirche, als derſelben Advocat in guten treulichen Schutz und Schirm halten ſollen und wollen. Nec reſpuunt ordines Imperii Auguſtanae confeſſioni addicti titulum aduocati eccleſiae Chriſtianae, ſaltem eod. art. 1. ratione

ſe-

ſedis romanae & pontificis, So viel den Stuhl zu Rom und Päbſtl. Heiligkeit betrifft, nolunt obligari caeſarem ad protectionis officium. Quum enim verba ſine vlla reſtrictione ſenſus poſita ſint, non malam in partem interpretanda eſt euangelicorum recuſatio. Videamus ſaltem, quid inuoluat protectio ſedis & pontificis romani ex verbis legati caeſarei LICHTENSTEINII, quae a. 1691. Romae in concilio purpuratorum protulit: *Quid maius quam illum votis veſtris deſignare, qui vicarius Chriſti ſit in terris, qui claues teneat coeli, qui eccleſiae paſtor ſit uniuerſae. Huius S. eccleſiae aduocatus eſt Caeſar, Dominus meus clementiſſimus, hoc titulo glorioſo praefulget diadema caeſareum: hoc munus eſt imperatoris, patrocinari eccleſiae, perſonam, dignitatem, auctoritatem ſummi pontificis & ſummae ſedis apoſtolicae tueri eiusque iura ſarta & intacta ſeruare.* Staats-Cantzley *T. 1. p. 750*

Quid vero aliud eſt perſonam, dignitatem, auctoritatem ſummi pontificis tueri, quam adſerere, defendere vicarium Chriſti in tota eccleſia, caput eiusdem viſibile, poteſtatem iudiciariam in controuerſiis ſacris, aeſtimatorem haereſium, Vindicem ſeueriſſimum haereticorum, iurisdictionem eccleſiaſticam independentem aliaque, quae cum euangelicorum religionis veritatibus & conſcientia ſtare nequeunt. Quomodo ergo Caeſarem obligari vellent ad defendendam eiusmodi auctoritatem? Quum vero aduocati eccleſiarum vel ſint meri defenſores vel cum jurisdictione coniuncti, nemo facile in mentem ſibi venire patietur, Caeſari noſtro competere iurisdictionem in eccleſiam Chriſtianam vniverſim ſumtam, per tot regna diſtributam, quorum quoduis ſuperiorem non agnoſcit niſi Deum,

nec in rebus ſuis vlli imperanti extraneo permittet iuris dicendi poteſtatem, quum in vulgus notum ſit: Schutz und Schirm Gerechtigkeit giebt keine Obrigkeit. Patrocinium vniuerſae eccleſiae in ſenſu laxiſſimo accipiendum, quo Caeſari ius & officium competit, cauendi & proſpiciendi, ne vel ab hoſtibus externis chriſtiani nominis vel ab internis diſſidiis vel erroribus internecinis res eccleſiae chriſtianae detrimentum capiat, adeoque adhibendi conſilia idonea auxiliaque, quibus auerti poſſit. Innuit ergo, primas partes imperatori Romano deferendas eſſe, ſi vacillare videatur pax, concordia, ſecuritas eccleſiae chriſtianae v. NITSCH *ad capit. Ioſ. art. 1. c. 2.* Inſigne documentum muneris ſui dedit Auguſtiſſimus Imperator CAROLVS VI. quum turbae eccleſiaſticae occaſione conſtitutionis *Vnigenitus* in Gallia motae efferueſcere & ad alia regna propagari viderentur: Iniunxit enim purpurato pontificis, comiti ALTHANIO, vt de periculo eccleſiae romanae imminente Caeſarisque officio interponendo admoneret pontificem: *Vous n' ignorez pas, quelles erreurs & quels troubles la conſtitution unigenitus a cauſés dans l' Egliſe Gallicane. Vous ſçavés, que le mal s' eſt gliſſé peu a peu dans les autres pais --- Nous donc en qualité de Chef ſupreme & temporel d' Avocat de l' Egliſe vniuerſelle & particulierement de celle d' Allemagne, comme auſſi en qualité d' Empereur & de Prince de la Patrie ne pouvant ſouffrir plus long-temps vn mal, qui fait tous les jours de nouveaux progrés & voulant premierement prendre les voyes de douceur* &c. BECK *l. c. p. 29.*

§. V.

II. Vicarius Christi.

Ex aduocatia ecclesiae romanae varii tituli Imperatoris pronati sunt, quos saepe ex aliis fontibus deriuarunt scriptores. Pertinet huc elogium vicarii Christi, quo iu coronationis sollemnibus Moguntinus matauit CONRADVM *salicum: ad summam dignitatem peruenisti, vicarius es Christi.* WIPPO *de vita Conr. Sal. p.466.* qui archiepiscopum imitatus de Caesare illo *p.468.* iustitiae amorem & exemplum praedicans: *dum rex* inquit, *eorum caussas audire coepisset, quidam de principibus suis auertebant eum dicentes, ne consecrationis suae aliquam moram faceret & mature diuina officia audiret, respiciens ad episcopos, vt vicarius Christi, christianissime respondebat* &c. Cohaeret autem facile hic titulus cum munere aduocatiae: CHRISTVS enim summus imperans esse dicitur orbis cum primis christiani, cuius vicarius in rebus sacris sit praesul romanus, successor PETRI, cui CHRISTVS demandauerit munus vicarii, in saecularibus Aduocatus ecclesiae vniuersalis scilicet imperator. Prius constat ex formula vulgatissima in ecclesia olim recepta: *Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat,* quae etiam inter insignia imperii laminae gladii imperialis incisa est, vt & ex inscriptione areolae coronae imperialis, quae Christum seruatorem sedentem commonstrat cum epigraphe: *per me reges regnant.* Collineat huc *Aurea Bulla* in prooemio, quando imperium romanum fundatum esse dicit in regno christianissimo, *id* est in ecclesia, adeoque in Christi regno: *Christianum imperium - - - cuius fundamentum*

ſuper Chriſtianiſſimo regno feliciter ſtabilitur. LVDEWIG *ad A.B. T. 1. p. 28. ſeq.* Fluunt haec ex notiſſima doctrina pontificiorum, qua officium CHRISTI regium non de ſpirituali tantum, ſed etiam temporali poteſtate & regimine mundi interpretantur: quod niſi adſererent, ſummam, quam vrgent, iurisdictionem a CHRISTO in PETRVM, a PETRO in praeſulem romanum commode deriuare non poſſent. Vices ergo CHRISTI, qui viſibili ratione orbi Chriſtiano non praeſidet, gerit in ſacris pontifex & in ſaecularibus, quae epiſcopum tractare par non eſt, imperator romanus. At vero quum regnum Chriſti ciuile in hac terrarum orbe ficulneis adſtruatur argumentis, ſubruitur quoque fundamentum tituli. CHRISTVS enim ipſe fatetur, regnum ſuum non eſſe de mundo, nec ſe veniſſe ait, vt ſibi miniſtraretur, ſed vt miniſtraret. Regnum, quod ipſi tribuitur, iis deſcribitur circumſtantiis, vt facile pateat, eſſe mere ſpirituale in mentes hominum directum, aeternum, infinitum, quod in theologorum ſcholis ſolidiſſime docetur. Non ergo puto, imperatori noſtro titulum *Vicarii Chriſti* malo fundamento innixum recte attribui poſſe. Quid quod reuerendiſſ. ABBAS Gotwicenſ. *T. 1. chron. L. 2. p. 252.* obſeruat, tituluin, quum in nullis diplomatibus reperiamus vel ſuſpectum vel oratorium magis, quam curialem fuiſſe. Aliud dicendum de titulo *Vicarii Dei*, quem & imperator cum quouis ſummo magiſtratu communem habet, qui Dei miniſter eſt, Dei iudicium exercet & poteſtatem tenet a Deo ordinatam. Hoc ſenſu CACHERANVS *deciſ.* 30. *n.* 5. admittitur, quando Caeſarem dixit vicarium Dei in terris verbaque SLEVOGTII *diſſ. de ad-*

aduocatia Imperat. eccleſiaſt. th. 36. explicanda eſſe reor: competit caeſareae *maieſtati tanquam ſummo Chriſtianitatis capiti & defenſori cum legum tum miſere oppreſſorum omnes ius & plena facultas interponendi officium caeſareum & procurandi, quaecumque ad gloriam & honorem Dei propagandum, diuinum ipſius cultum pie ac religioſe inſtituendum, pietatem Chriſtianam exercendam, publicam ſalutem & concordiam conſeruandam, diſcordiam vero atque diffidentiam in cauſſis religionis tollendam, conducere videntur: ad quod etiam obſtrictus eſt imperator qua vicarius Dei, qua ſupremus reipublicae curator & iudex, qua legitimus & vniuerſalis eccleſiae aduocatus.*

§. VI.

III. Caput temporale fidelium vel populi chriſtiani.

Haupt der Chriſtenheit.

Iam FRIDERICVS Imperator Graecorum legatis expoſuit, *ſe in vrbe Roma coronam & imperium totius Chriſtianitatis accepiſſe.* TAGENO *deſcript. exped. aſiat. p. 409.* Adgnouit officium Caeſaris, quod hoc titulo indicatur, GREGORIVS IIX qui litteris datis ad HENRICVM VI. Imperatorem ſignificat, ſe pacem cum eo ſeruaturum, *vt populus Chriſtianus per contrarias voluntates eorum quibus principaliter commiſſus eſt, gubernandus ſperata non debeat vtilitate fruſtrari.* In *aurea Bulla* dicitur Imperator *tit. 2. §. 3. temporale caput populi Chriſtiani §. 4. temporale caput fi*

delium. Hinc Electores principes a. 1495. in mandato legatis imperii ad Heluetos dato appellant Caesarem: der gantzen Christenheit obersten Herrn und König. MÜLLERS R. Tags *theatr. Maximil. I. p. 345.* Laudat Moguntinus a. 1519. electores, quod *orbis terrarum propugnatorem* elegerint, ap. SCHARDIVM T. 2. *p. 12. R. I. Spir.* 1529. §. *1.* dicitur J. K. Maj. als das oberst Haupt der Christenheit. Ipsae Capitulationes velificantur huic titulo art. 1. Daß wir in Zeit solcher unsrer Küniglichen Würden Ammt und Regierung die Christenheit ==: in guten treulichen Schutz und Schirm halten sollen und wollen. Quamuis autem distincte mentio fiat der Christenheit und der Christl. Kirche, tamen ex vno eodemque fonte aduocatiae ecclesiae promanat officium protectionis christianorum, vtpote qui ecclesiam christianam conficiunt sustinentque. Nam defensio ecclesiae vniuersalis produxit ideam capitis *temporalis* ecclesiae adeoque & christianorum. Inde in vniuersum ante saeculi XVI. schisma placuit diu, quod recte obseruat LEIBNITZ *praef. ad cod. iur. gent. dipl. vt quaedam gentium Christianarum respublica communis intelligeretur, cuius capita essent in sacris Pontifex romanus in temporalibus imperator Romanorum.* conf. FÜRSTENERIVM *de Supremat. c. 32.* Hoc ipsum quoque confirmat, quod loco capitis populi Christiani adhibeatur saepe aduocati nomen: *in R. I. 1530. §. 10.* Nachdem uns als Römischen Kayser und Obersten Vogt der Christenheit aus auferlegtem Kayserl. Ammt gebühret. GREGORIVS IIX. in testimonio antecedente respicit nullum aliud, quam aduocati ecclesiae munus, quo populus christianus etiam imperatori commissus sit. Ipse CAROLVS VI. iustissimus

Cae

Caesar LANGALLERII & LINANGII stolida consilia a. 1716. interuersurus prouocat ad curam, quae sibi tamquam capiti christianorum incumbat eamque potissimum ad eorum defensionem spectare monet: „Wir „als Haupt der Christenheit aus unserer derselben schuldig vä„terliche Vorsorge und Beschützung ꝛc. Item: Nachdem nun „wir aus der uns, als Römischer Kayser und Fürst der „Christenheit für selbige obliegenden Vorsorge und Schutz ꝛc. Staats-Cantzl. *T. XXVII. p. 815. 818.* Ex rationibus iam suppeditatis patere puto, ab euangelicis hunc titulum caesari tribui non posse nec facile attribui.

§. VII.

IV. Dux exercitus Christiani.

Quum ante reformationem ecclesiae gentes regesque omnes Europaeae castra pontificis Romani sequerentur membraque essent vnius ecclesiae cuius securitatem pontifex & imperator tamquam capita iure suo tueri dicebantur, non poterat non oriri peculiaris reuerentia omnium in Caesarem. Videbatur ecclesia vniuersalis esse vna respublica, imperator eius brachium saeculare: *neque dubium proinde est, inquit* FÜRSTENERIVS *de suprematu c. 32. p. 146. quin imperatori velut ecclesiae vniuersalis aduocato aut si ita malumus Vice-Domino magna in ceteros omnes reges principesque auctoritas competat, cuius vestigia supersunt in illo cultu, quem sine controuersia illi deferunt omnes.* Hinc quando arma ferenda erant in saracenos & imperator copiis cruce signatis aderat, reges omnes illum tamquam

quam ducem totius exercitus adgnouerunt: praecipua belli cura ipsi consensu omnium delata regesque eius iussibus & consiliis reuerenter adsurgebant. ALPHONSVS rex Neapolitanus FRIDERICO IV. imperatori occasione bellici imperii contestatus est: *Nos reges omnes debemus reuerentiam imperatori, tamquam summo regi, qui est caput & dux regum.* COTHMANNVS *ad L. 1. C. T. 1. qu. 1. §. 7.* BENZO in panegyrico in Henricum III. imp. *c. 17.* illum excitans ad bellum sacrum ait: *eris in hoc opere per voluntatem Domini signifer Christianae religionis,* MENCKE *scriptor. T. 1. p. 973.* Quae omnia ex aduocatiae ecclesiasticae officio subnata esse, quiuis intelligit. Ipse praesul romanus ex hoc fonte munus ducis exercitus christiani deriuat. PIVS enim II. mittens FRIDERICO IV. pileum & ensem consecratum, vt eum stimularet contra Turcam a. 1459. litteris datis scire se declarat, *nulli posse conuenientius dari, quam ei, cui ex officio suo Apostolicae sedis & totius Christianitatis protectio est propria.* Sequenti anno ipsi munus ducis vniuersalis detulit: *tu nobis,* inquit, *primus occurristi, non solum, cui tantum munus ex imperiali officio debitum censentur, sed cui omnes gentes parere & subesse non dedignentur --- te contra Turchorum impiam gentem aliosque infideles legis nostrae hostes illisque adhaerentes & complices ducem ac capitaneum generalem tenore praesentium facimus ac declaramus, serenitati tuae generales & particulares exercitus in auxilium defensionemque Christianorum per nos & quoscumque reges, potentatus & principes, equestres, pedestresque vndequaque, quomodocumque & quandocumque mittendos --- gubernandi atque ducendi --- facultatem plenariam ac potestatem in nomi-*

ne

ne altissimi concedentes. LEIBNIZ *cod. I. G. dipl. T. 1. n. 178. 180. p. 420. seq.* Non ergo miramur, in comitiis eiusdem anni legatos principum electorum ceterorumque illum titulum stilo suo intulisse: Wann unsere gnädige Herren wol wissen, daß sie dem Heil. Röm. Stuhl und unsern Heiligsten Vater dem Pabst, alß ihren Obersten Capitanien in der Geistligkeit, unsern allergnädigsten Herren dem Röm. Kayser, als dem obersten Capitanien in der Weltlichkeit in allen billigen ziemlichen Sachen gehorsam seyn sollen. MÜLLERS R. Tags-*Theatrum P. III. p. 789.* conf. BVDDEVM *de expeditionibus cruciatis* §. *9. seq.* BÖCLERVM *de fastis.*

§. VIII.

V. Protector Palaestinae, catholicae fidei, conciliorum, clericorum o, rphanorum, viduarum.

Quum Caesar ecclesiae vniuersalis defensor fuerit constitutus, tutela quoque rerum & personarum ecclesiasticarum ad eum relata est variis titulis, quae tamen ex aliis fundamentis iuribusque solidius demonstranda fuisset. Sacra loca Palaestinae, sacrum imprimis sepulcrum CHRISTI rebus ecclesiae sacratissimis & desideratissimis adnumerabatur, ad purganda illa loca a Saracenorum illuuie & impuritate expeditiones cruciatae institui dicebantur, defensio Palaestinae summe necessaria iudicabatur, quod tot scriptores *in gestis Dei per Francos* vno ore loquuntur. Quare fundamentum tituli cognoscimus, quem FRIDERICVS I. adhibuit, quum responsa daret legatis *Sultani*

Iconiensis: in nomine Domini Iesu Christi romanus imperator, aduocatus peculiaris terrae Palaestinae hostes penetrauit securus. TAGENO *descript. exped. Asiat. p. 414.* FRIDERICVS II. in litteris ad senatum populumque romanum se appellat a. 1246. catholicae fidei defensorem: *vt huiusmodi gubernetis nequissimos proditores, qui non sine multiplici christianitatis clade nostrum sanguinem, vtpote Romani caesaris, catholicae fidei defensoris sic vnanimiter sitiebant.* GOLDAST *C. I. T. 3. p. 394.* PIVS II. eum in finem FRIDERICO IV. gladium consecratum misit a. 1459. *in defensionem scilicet sacrosanctae catholicae fidei.* LEIBNITZ *C. I. G. D. T. 1. p. 420.* CAROLVS IV. eo titulo vsus est *R. I. Spir. 1529. §. 39.* Wir als Römischer Kayser, oberster Vogt und Beschirmer unsers Heil. Christlichen Glaubens. eumdemque ex aduocatiae officio deducit *R. I. August. a. 1530. §. 90.* Nachdem aber uns als Römischen Kayser und obersten Vogt der Christenheit aus auferlegten Kayserlichen Amt gebühret, wie wir uns auch schuldig erkennen, den Heil. Christlichen Glauben zu handhaben, zu schützen und zu beschirmen. Nec praeiudicium creat hic titulus REGI magnae Britanniae, cui *defensoris fidei* nomen inter gentes proprium est: manet enim merus titulus domesticus officii imperatoris, quod non tantum ex aduocatia ecclesiae vniuersali, sed etiam ex maiestatis iuribus profluit, quorum intuitu illud ceteri summi imperantes commune habent cum caesare & in suis regnis & territoriis exercent: quo sensu ipse imperator *R. I. 1524. §. 28.* status imperii vocat, Schützer und Schirmer des Glaubens. Sed defensoris fidei elogium in REGE magnae Britanniae titulus peculiaris honoris est singulari Bulla pontificis Romani impositus, vsu pu-

bli-

blico gentium & quasi curiali magnae Britanniae regi tributus eaque potestate politica & formali vocabulum de nullo alio rege praedicatur. Caesaris autem defensio fidei consequitur sollemne officium aduocatiae ecclesiae: vnde tempore HENRICI VIII. quo titulus iste adhuc recens fuit in Anglia, carmen in vtriusque honorem confectum & Londinensium consulum camerae in GVILDHALL inscriptum est, vtrique suum attribuens:

Carolus, Henricus viuant, defensor vterque
Henricus fidei, Carolus ecclesiae.

vt obseruat SELDENVS *de tit. honor. P. I. c. 5. p. 82.* Huc pertinet Clementis XI. breue ad nonnullos status Catholicos a. 1719. exaratum, in quo CAROLVM VI. appellat *praecipuum orthodoxae religionis aduocatum.* Staats C. *T. 38. p. 281.* Aliud officium aduocati ecclesiae est, protegere concilia: haec enim sunt congregatio ordinum ecclesiae & quasi comitia, quae totam eius rempublicam, quam sibi effingunt pontificii, repraesentant: Quamquam autem imperatoribus iure maiestatis competat, maluerunt tamen vel consuetudine vel reuerentia in curiam Romanam adducti, ad munus aduocatiae in iure suo demonstrando prouocare. SIGISMVNDVS *in const. de tuendo concilio constantiensi a. 1415. nos, inquit, tamquam romanae ecclesiae aduocatus, dicti concilii defensor.* GOLDAST. *C. I. T. 3. p. 425.* in litteris ad Gregorium XII. a. 1413. de conuocando concilio constantiensi monet, se pacem officio indispensabili desiderare in ecclesia, *cuius etiam canones sanctorum patrum nos*, inquit, *appellant aduocatum & defensorem.* *Von der* HARDT *T. VI. conc. const. p. 6.* Dissoluto concilio Basileensi peri

auiſamenta ad Papam EVGENIVM IV. miſſa ſtudebat tollere difficultates omnes: *ad ſatisfaciendum debito noſtro, quod nobis tamquam romanorum regi, aduocato & defenſori eccleſiae incumbit.* Goldaſt *T. 3. C. I. p. 427.* Idem debitum officium vrgebat a. 1435. edicto de ſaluo conductu concilii Baſileenſis ap. GOLDAST *I. c. p. 453. quemadmodum nobis tamquam aduocato & primo Protectori ſanctae Romanae eccleſiae & ſacrorum conciliorum digne conueniebat.* Hinc legatus quoque imperatoris in concilio praeſens dicebatur *protector*, vt videmus ex declaratione concilii Baſileenſis de Felice V. *nobilem virum Ioannem comitem in Tyerſtein, Protectorem dictae ſynodi, imperiali auctoritate deputatum vice gerentem & certos milites ad eundem electum transmittendos duxit.* LEIBNITZ *C. I. G. D. T. 1. p. 369.* Concilium Tridentinum eo nomine procurare promittit CAROLVS V. a. 1548. §. 6. So wollen wir, als Aduocat der Heil. Kirchen und Beſchirmer der Concilien --- unſrem obliegenden Kayſerlichen Ammt nach gnädiglich verhelffen auch mögliche Fürſehung thun und darob ſeyn, damit ſolch allgemein Concilium zu Trient fürderlich gehalten --- werde. De eodem concilio promouendo monet *R. I. Auguſt. 1551. §. 6.* Wir ſind auch des gnädigen getreuen Chriſtl. Fürhabens, was uns als Aduocaten der heil. Kirchen und Beſchirmer der Concilien von wegen unſers obliegenden Kayſerl. Amts zu thun geziemet und gebührt --- daſſelbige zu leiſten. Iisdem fundamentis innititur titulus *protectoris cleri*, quem ſibi tribuit MAXIMILIANVS I. in priuilegio Vom Angriff der Ubelthäter in alieno territorio, quod archiepiſcopo Moguntino a. 1498. conceſſit: als Römiſcher König oberſter Schützer und Schirm-Herr aller Geiſtlichkeit. Lunig ſpicileg. eccleſiaſt. P. 1, contin. 1. p. 97. item titulus *defenſa-*

soris viduarum & orphanorum, quem principes electores de LVDOVICO *Bauaro* in litteris ad pontificem a. 1314. adhibent: *consensimus concorditer in eumdem Ludouicum - - - in imperatorem postmodum promouendum & in aduocatum sacrosanctae romanae ac vniuersalis ecclesiae viduarumque & orphanorum defensorem.* HERWARTVS *in Lud. IV. imp. def. p. 14. 26.*

§. IX.

VI. Supremus aduocatus ecclesiarum Germaniae.

Caesar inuictissimus CAROLVS VI. in litteris ad regem Porussiae a. 1719. datis prae se fert huius officii titulum: So haben wir zu Folge unsres obtragenden allerhöchsten Kayserlichen Ammts und als supremus aduocatus ecclesiarum Ew. liebd. als Fürsten zu Halberstadt hiemit Reichs-Väterlich ermahnen wollen. Staats-Cantzl. *T. 36. p. 479.* Adseritur fundamentum tituli in litteris ad eumdem d. 23. Febr. 1720. missis: So thun wir dieselbe auf die Reichs-Abschiede und unsre Kayserl. Wahl-Capitulation lediglich verweisen, als aus welchen Sie unser Kayserlich obristes Schutz-Recht auf Ew. Lbde und Dero Religions-Verwandte gnüglich zu erkennen haben, mithin daß uns dieses, als Beschirmern der christlichen Kirchen und über die Religionen im gantzen Reich, von Kayserl. Ammts wegen allein gebühre und kein besonderer Schutz-Herr denen protestirenden Ständen gesetzt sey, gleich auch keinen andern Stand des Reichs solche anmassung jemahls zu Sinn kommen und Ew. Liebden damit vielmehrers ihrem Lands-Fürstl. iuri aduocatiae auf das Kloster Hammersleben, welches uns, als obristen

sten Haupt im gantzen Reich eminentiori modo beywohnet sich selbsten und vielen andern widersprechen würden. Staats-C. *l.c. p.550.* & in litteris d. 26. Febr. 1720. ad eundem repetitis. Gestalten, was massen wir den Schutz und Schirm oder die Aduocatiam über alle drey Religionen im Reich übernommen haben, der erste Articul unsrer Kayserl. Wahl-Capitulation so deutlich zeiget ==== hiergegen unsere über alle drey in dem Heil. Reich herkommentlich oder tolerirten Glaubens-Bekänntnissen gemeinsamlich Kayserlich Ammt für einem, wie für dem andern Theil nicht nur Krafft gedachter Unser Kayserl. Wahl-Capitulation, sondern auch Krafft Art. 5. §. 1. Pacis Westphalicae ohnpartheyisch und ohnveränderlich zu bestehen hat. Staats-Cantzl. *l.c. p. 559.* Non confundendus hic titulus aduocatiae, quam §. IV. attulimus, quum illa ecclesiam vniuersalem, hic vero particulares ecclesias Germaniae spectet: illa ex concessione pontificis & consensu gentium christianarum, hic ex summo imperio oriatur & cum iurisdictione coniunctus sit, qua illa destituitur. Hinc etiam corpus Euangelicum a. 1720. abstinuisse videntur a titulo aduocati: sind überzeugt, daß dieselbe nicht nur der Römisch-Catholischen, sondern auch der Evangelischen Kayser und oberhaupt seyn. Staats-Cantzl. T. 37. p. 577. Male olim consuluerunt rebus suis imperatores, quod ecclesiae romanae patrocinium a praesulibus romanis per aduocatiae munus sibi deferri paterentur, quum ex supremo maiestatis iure iam possiderent & spreto advocati munere, tamen vindicare sibi potuissent, debuissent. Praedicant multi CAROLVM M. quod in exercendo genuino iure circa sacra principem se praestiterit, eumque hoc nomine NIFANIVS *in ostens. quod Carolus M.*

quam plurimis fidei articulis non fuerit formaliter Papistæ pag. 132. seqq. defendit. Sed alucinantur grauiter, quum CAROLVS M. nihil minus, quam verum ius maiestaticum circa sacra exercuerit. Miror, THOMASIVM qui in *hist. content. imp. & sacerdotii c. 6. §. 49. seqq.* facta PIPINI & CAROLI M. in praeiudicium iuris circa sacra recensuit, huius facti non meminisse. Dum enim CAROLVS M. aduocatiam ecclesiae romanae tamquam peculiare munus a pontifice sibi demandatum suscepit, adgnouit, sibi non aliter competere ius eam protegendi, se officialem ecclesiae tamquam peculiaris reipublicae professus est praesulique romano supremam in ecclesiasticis potestatem permisit. Vnde SCHATEN *in Carolo M. Romano-Catholico contra Nisanium* non inepte argumentum exinde traxit L. 2. c. 3. 4. CAROLVM M. credidisse & ad seruisse monarchiam & hierarchiam ecclesiae Romano-Catholicae. En verba eius p. 219. *Quod igitur officium imperatorium & regum? Non vt omnem curam religionis & ecclesiae abiiciant, tamquam ad se nihil spectet - - - sed vt tueantur ac defendant, non vt domini, sed vt ministri; non vt iudices, sed vt executores: non vt rectores, sed vt adiutores. Id quod Carolus toties profitetur epist. ad Offam Merciorum regem, epist. ad Leonem Papam. Quemadmodum & in formula iuramenti, quum a Leone imperium acciperet, id continetur, quae eiusmodi fuit: in nomine Christi spondeo atque polliceor ego N. imperator coram Deo & B. Petro Apostolo me protectorem ac defensorem fore huius sanctae romanae ecclesiae in omnibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout sciero poteroque* Imperatores sequentes tantum non omnes in iuribus officiis que circa sacra exercendis prouocabant ad aduocatiam

am eccleſiae ſibi delatam gentesque curiae romanae obſequentes facile ipſi ſubſcripſerunt. Cauendum vero, ne tutela eccleſiarum Germaniae ex aduocatia romana deducatur: Fluit potius ex maieſtate caeſaris & imperii, cui incumbit, protegere ciues & auerruncare iniurias omnes, quibus laedi poſſit eorum tranquillitas. Tuetur ergo ſuo iure non tantum ciues ſingulos, ſed etiam eorum ſocietates; ergo & eccleſias, quae ſocietatum numero comprehenduntur. Adſerit ſecuritatem religioni eiusque ſtatui & exercitio, pactorum fidem ſuſtentat ſua auctoritate laeſosque contra datam fidem normamque legum imperii reſtituit. Conſenſit imperium in hac ſuprema protectione, dum Caeſares capitulationibus art. 1. ad eius officium obligat, vbi & proteſtantes diſertis verbis tutelam ſuae religioni ſtipulati ſunt: geſtalten dann auch gedachte aduocatia dem Religion und profan auch dem Münſter und Oßnabrückiſchen Friedens Schluß zu nachtheil nicht angezogen, noch gebrauchet, ſondern denen obgedachten Churfürſten und ſämmtlichen ihren Religions-Verwandten im Reich gleicher Schutz geleiſtet werden ſolle, wie wir ihren Churfürſten und ſämmtlichen ihren Religions-Verwandten auch ſolches krafft dieſes verſprechen und uns hiemit dazu verbinden. Modus quoque tuendi religiones in Germania per pacta publica conſtitutus eſt, de quo PRAESES *comment. de ratione componendi diſſidia religionis in Imperio* copioſe egit. Iurisdictio, quacum ſumma protectio coniuncta eſt, non ad res eccleſiae ipſas porrigitur, ſed tendit dumtaxat in eos, qui iniurias intulerunt & in defendendo, ſeruando, reſtituendo ſtatu religionis, prout pacta publica volunt, contra iniuſtos turbatores occupata eſt. Nolim illam appellare ius patronatus regium, quod & ratione originis & ambitus maieſtāti caeſa-

fareae non conuenit, quae fons est iuris tuendi ecclesias Germaniae: hoc ipso enim dilaberemur in castra ecclesiae romanae, quae praeter hanc protectionem & inde fluentia iura imperantibus nihil adeo attribuit, vt obseruat illustris BÖHMERVS *iur. eccl. prot. L. 3. tit. 38. §. 60. p. 502.*

§. X.

VII. Supremus ecclesiarum cathedralium Germ. defensor & conseruator.

Iam HENRICVS V. hunc titulum adhibuit in epist. ad Lotharingorum ducem apud MARTENE *thes. anecd. T. 3. p. 1176. Henricus Dei misericordia romani regni rex & ecclesiarum in eo positarum defensor, Theodorico Lotharingorum duci salutem & gratiam suam.* Officium ipsum testantur innumera caesarum diplomata, vti iam PFEFFINGERVS *ad Vitriar. T. 3. p. 107.* obseruatum, quibus episcopatus & monasteria in *mundiburdium* seu protectionem suam receperunt. *Decet enim*, inquit FRIDERICVS II. in *confirmatione priuilegiorum monasterii Hirsaugiensis a. 1223. ap.* BESOLD. *in docum. rediuiv. monast. Wurtemb. p. 555. imperialis magnificentiae maiestatem omnes christi fideles in monasteriis & locis Deo dicatis eidem domino militantes, sub maiestatis suae protectione recipere ac iura & bona ipsis collata sub defensionis suae munimine specialiter confouere.* Hinc etiam imperatoribus omnium aduocatiarum specialium suprema inspectio & aduocatia competere legitur. Vrget illud ius FRIDERICVS I. in diplom. ecclesiae Caldenbrunnensi dato a. 1179. *ad imperialem dispositionem ius & potestas aduocatiarum spectare*

tare dignaſcitur. v. LVDEWIG *reliq. dipl. Tom. 10. p. 151.* Quod etiam auguſtiſſimus Caeſar CAROLVS VI. ſibi vindicat in litteris ad regem Poruſſiae a 1720. ihrem Landesfürſtlichen iuri aduocatiae auf das Kloſter Hammersleben, welches uns alß obriſten Haupt im gantzen Reich eminentiori modo beywohnet &c. Staats-Cantzl. *T. 36. p. 550.* Quare MVLZIVS *repraeſ. maj. Caeſ. P. 2. c. p. §. 9. n. 95. 96.* ad ea, quae imperator iure maieſtatis circa aduocatias eccleſiarum poteſt, recte refert: *imperator eſt iudex ſupremus in controuerſiis, quae vel circa ius aduocatiae inter ipſos immediate imperio ſubiectos, vel inter aduocatum & clientem etiam mediate ad imperium pertinentem oriuntur. Imperator aduocatias tollit & transfert, vbi vrgentes & legitimae adſunt cauſſae.* Litteras protectorias generales monaſteriis & epiſcopatibus concedere poteſt nec iis derogat protectioni dominorum territorii vel aduocatorum ſpecialium, quod ſolide monuit auctor iuris protectionis Brandenburgici in pagum Fürth defenſi, cui protectorium RVDOLPHI II. opponebatur: Es iſt dieſes Document anders nichts, als ein allgemeiner Schutz und Geleits-Brief vor unrechtmäßige Gewalt, ſo, daß der Dohm-Probſt, deſſen Ammtleute, Diener und Unterthanen allenthalben im Römiſchen Reich, wie andere ſo in Kayſerl. und des Reichs Schutz Schirm und Geleit ſeyn, haben und ſich deſſen erfreuen ſollen, deſſen ſich ohne hin alle dem H. Röm. Reich Zugehörige auch ohne ſolchen ſpecial-Brief zu getröſten haben, *cum imperator generalis imperii aduocatus & protector ſit nec ius aduocatitium ab eo ſeparari poſſit.* Staats-K. *T. 48. p. 706.* Vſum tituli exemplis oſtendit PFEFFINGER *ad Vitr. T. 3. p. 108.* quod LEOPOLDVS a. 1685. a capitulo Wormatienſi ein groſsmächtigſter conſeruator & prote-

protector aller Ertz und Stiffter des H. R. Reichs ab episcopo Constantiensi a 1696. *supremus ecclesiarum cathedralium aduocatus:* a capitulo Augustano a. 1696. allerhöchster Schutzherr und aduocatus derer sämmtl. teutschen Ertz-und Dohmstiffter appellatus fuerit pluraque alia titulum illustrantia adfert, quae huc transcribere non placet. Fundamentum tituli saltem non quaerendum in aduocatia ecclesiae romanae, vt apud scriptores romano-catholicos fieri solet, sed in iure imperii vel maiestate imperatoris. Quod ipsum patet ex declaratione augustissimi CAROLI VI. quod aduocatia territorialis, quae ex superioritate profluit, sibi eminentiore modo competat, non quatenus aduocatus est ecclesiae, sed alß obristen Haupt im gantzen Reich.

§. XI.

IIX. Dux publici consilii.

Refert GEORGIVS SABINVS *de elect. & coron. Car. V.* apud SCHARDIVM *Tom. 2. p. 3.* Moguntinum in oratione ad electores habita momentum negotii electionis etiam hoc argumento commonstrasse: *nam ceteri reges non sustinent hoc ingens onus externa regna propugnandi. Noster imperator eligitur, vt sit dux publici consilii inter omnes reges, vt propugnet Italiam, vt tranquillitatem ecclesiae praecipue custodiat.* Quid sibi velit titulus huius officii patet ex iis, quae §. VI. attulimus: caesares exinde putantur iure suo se posse immiscere bellis christianorum populorum, consilia vbiuis interponere ad pacem reducendam adeoque pacificatoris vniuersalis munere defungi. Nemo non videt, hic aduocatiam

ecclesiae vniuersalis respici, quam etiam Moguntinus per *cuſtodiam tranquillitatis ecclesiae* innuit. Nec credas, exoleuisse iuris illius memoriam, quae superiore saeculo denuo excitata est: quum enim bellum exarsisset Suecos inter & Polonos a. 1656. FERDINANDVS III. Pöttingium comitem in Poloniam misit litterisque fidei ad regem Sueciae inseruit: *pro munere nobis diuinitus commisso ad bellum id componendum.* Si dicendum quod res est, nititur ille titulus officio iuris imperfecti: ad decorum gentium pertinet, operam suam in componendis earum litibus collocare neque gens vlla in statu naturali viuens obligatur ad suscipiendum vel admittendum alterius gentis studium in pace restituenda, nisi pacto aliter fuerit constitutum, ad quod ineundum tamen nemo cogi potest. Ipsa vox consilii id inculcat: humanitatis enim est, suis consiliis alterum iuuare, liberique arbitrii, aliorum consilia insectari. Vnde itaque orietur ius imperatori, se omnium gentium christianarum negotiis ingerendi & obtrudendi sua consilia in pace concilianda? Num aequo animo ferent populi sui iuris satagentes illam auctoritatem, quae aequalitati & libertati suae naturali aduersatur? FERDINANDI III. formulam rex Sueciae cum indignatione excepit: Weil in dem Kayserlichen Credentz-Schreiben die Worte: pro munere nobis diuinitus commisso ad bellum id componendum, allzunachdencklich schienen und auf diesen Verstand konnten gedeutet werden, alß ob der Käyser sich einige Macht und Oberhotmäßigkeit über andere Christliche Könige hiedurch zueignen wollte, so ward dem Gesandten zur Antwort gegeben, daß man des Käysers Bemühung zu Beylegung der zwischen Schweden und Pohlen schwebenden Streitigkeiten vor

dis-

dismal nicht annehmen könnte, jedoch wollte man eine beständige Freundschafft und Nachbahrschafft mit ihm halten. Ludolffs Schaubühne *P. III. c. X. p. 754.* Si vero ex regulis decori & prudentiae hnnc titulum aestimare velis, proprius esse nequit imperatori, sed etiam aliis regibus conuenit, quorum commoda publica & iura cum plurimis Europae controuersiis connexa esse intelliguntur, cumprimis magnae Britanniae, de qua auctor Anglus *du projêt pour faire vne paix generale a. 1712.* ait: *c'est vne opinion communement recüe parmi nous, que la grande Bretagne doit touiours tenir la balance & qu'en tenant les grandes puissances de l'Europe en equilibre nous devenons les arbitres du monde.* Stagts-Cantzl. *T. 18. p. 826.*

§. XII.

IX. Des Reichs allerhöchstes Ober-Haupt, gemeiner Herr, oberste Fürst.

Frequentissima huius tituli mentio in actis publicis legibusque imperii copiose citatis a SCHÜTZIO *exerc. I. P. T. 1. exerc. 2. p. 70. seq.* LIMNAEO *I. P. Lib. 1. c. 7. n. 51.* PFEFFING. *ad Vitr. T. 1. p. 402.* Addam tantum recentiora exempla. In conuentu Lipsiensi a. 1631. status nonnulli euangeliei de defensione mutua consilia agitantes contestabantur publice: Daß solche Zusammenkunfft und Verfassung gegen den Römischen Kayser, als der Stände höchstes Oberhaupt mitnichten gemeinet. CHEMNITZ Schwedisch. Krieges *P. 1. L. 3. p. 136. In nouissimo R. I.* declaratur §. 1. Damit nehmlich der aufgerichtete Friede nicht allein zwischen Haupt und Gliedern === desto

mehr befestiget, sondern auch dasienige, was = = = darinnen zu weiterer Deliberation und Vergleichung zwischen Haupt und Gliedern auf eine allgemeine Reichs-Versammlung verwiesen worden, alles reifflich bedencken, berahtschlagen und erörtern helffen mögen. Pax Westphalica art. 2. cap. nouiss. dicitur ein immerwährendes Band zwischen Haupt und Gliedern. In turbis suecicis in Pomerania recurrebat rex Porussiae a. 1715. datis litteris ad imperatorem, quibus se expectasse ait: Ob des Königes von Schweden Maiestät = = = sich erklären wollen, Eurer Kayserl. Maiestät als des Reichs höchsten Oberhaupt die Sache in die Hände zu geben. Quum Sueci rem male interpretarentur respondit auctor *des remarques sur la lettre de Mr. le Baron de Müllern: A sa Maieste imperiale Elle s' est addressée comme au chef de l' Empire, dans lequel la Suede alloit allumer vne nouvelle gverre & l'on croit, que c' est dans l' ordre de recourir dans ces sortes d' occasions a l' Empereur, preferablement a toute autre Puissance.* Staats-Cantzl. *T. 26. p. 554. 559. conf. T. 36. p. 450. 456. T. 37. p. 577. 595.* & sexcenta alia. Nititur titulus communissima metaphora a corpore humano petita & ad respublicas translata, quam Casp. Dornavivs *in Menenio Agrippa siue corporis humani cum ripublica perpetua comparatione* illustrauit. Sic imperium Rom. Germ. dicitur ein Christlich Corpus R. I. 1512. in pröem. & ita describitur in rescripto caesareo ad episcopum Spirensem a. 1720. allermassen auch nur ein erwählter Reichs-Oberhaupt und dieses in einem lobwürdig ohnzertrennlichen Corpore, sodann in zweyen Theilen und vielen Gliedern. Staats-Cantzl. T. 36. p. 596. Ad quam quidem similitudinem saepissime prouocatur, caute tamen

men procedendum, ſi eam extendere velimus ad ſpecialiores hypotheſes. LYNKERVS *de capitul. caeſ. §. 7. p.* 30. iam monuit, caeſarem dici ſupremum caput imperii non *diſtinctiue*, quod alia dentur imperii capita, quae ſuperemineat, ſed *expreſſiue*, dum vox illa deſignat, quis ſit ſummus in imperio: *Vtique dicitur caeſar* das höchſte Oberhaupt *R. I.* 1641. §. 18. *ſed non κατὰ διαζολὴν, ſeu oppoſitiue: ſed καὶ ἐπίθετον, quod eo ipſo, quo eſt* das Oberhaupt, *ſupremus ſit: immo ſic dicitur Caeſar in reſpectu ad ſtatus, prout hi ad territoria ſua relati capita ſunt: quod ſimiles hactenus, ſed non pares ſint Caeſari, quod vel ex ipſo §. dicti receſſus patet ibi:* aller Stände mit uns, als ihren von GOtt vorgeſetzten Oberhaupt. *Immo, qui caput eſt, ſemper eſt Dher ſeu ſuperior. In ratione vero imperii vniuerſi, ſtatus capita non ſunt, neque corpus imperii ex capite & capitibus, ſed membris conſtat.* Capiti vero huius vel illius regni non eadem poteſtas ſtatim adſcribenda in dirigendo toto corpore, quae capitibus aliorum regnorum iure ſuo competit: a capite abſoluto ad caput imperii noſtri iuſte colligere non poſſumus: tantum poteſtatis capiti tribuendum, quantum per pacta publica permittitur. Minus quoque recte KVLPISIVS eiusque adſeclae nexum federis ſyſtematici in imperio ex hac ipſa ſimilitudine impugnant, quod vnum corpus ex capite & membris repraeſentet adeoque vnam rempublicam dumtaxat conſtituat: quaſi ſyſtema federatum vnitatem politicam non ſeruet nec in vnum corpus reipublicae coaleſcat. Caue etiam, ne membra imperii ad caeſarem referas: ſunt enim membra corporis i. e. imperii, non imperatoris. Cum grano ſalis igitur accipienda ſunt ver-

verba R. I. 1541. in prooem. mit zeitigem Raht, zuthun, unser und des Reichs Churfürsten, Fürsten und gemeiner Stände, alß unserer eingeleibten Glieder. Non adeo quadrat formula *L. 5. C. ad L. Iul. maiestat.* in electores, in quos scriptor Aureae bullae eam applicauit, quod pars corporis caesaris sint nec satis honorifica est electoribus, vt illustris LVDEWIGIVS *ad A. B. T. 2. p. 380.* ostendit: quamuis nouerim electores olim hoc argumento vsos esse ad paritatem cum regibus euincendam, teste auctore *comitiol. Ratisbon. p. 143. sq. n. 70.* Daß die Churfürsten dem damahls anwesenden Burgundischen Bottschaffter ernstlich vor die Brust gesagt, daß sie auf ihrer alten Gerechtigkeit und praerogatiue bestünden und daß sie als pars corporis caesaris und der Kayserl. Maj. innerste Räthe und Glieder, auch keinem persöhnlich anwesenden Könige, vielweniger dero Gesandten bey den Reichs Versammlungen zu weichen schuldig wären. Sane in capitul. nouiss. art. 3. rectius dicuntur: Des H. R. Reichs Churfürsten, alß dessen innerste Glieder und die Haupt-Säulen des Heiligen Reichs. Titulo capitis imperii adiiciuntur porro epitheta varia: Das allerhöchste Oberhaupt: ein natürlich Haupt des H. Röm. Reichs ap. GOLDAST. R. Handl. *p. 97.* ein wachend Haupt des Römischen Kayserthums R. I. 1570. v. LIMNAEVM *I. P. I. I. c. 7. n. 51.* Eumdem significatum tribuimus titulo *Domini imperii*: ita enim seipsum appellat SIGISMVNDVS imperator a. 1429. in litteris ad Treuirensem & Colonienſem archiepiscopum: So seyn wir ein Römischer König zukünfftiger Kaiser und Euer und des H. Reichs gemeiner Herre? Müllers R. Tags *Theat. P. V. c. 13. p. 460.* Quum electores RVPERTVM *Palatinum* seniorem tempore captiuitatis WENCESLAI constituissent vica-

vicarium imperii ille litteris publicis se nominauit a. 1394. an unſres Herren, des Römiſchen Königes ſtatt Vicarium des H. R. Reichs. v. TOLNERI *C. D. Pal. p. 133.* Reform. FRIDERICI IV. a. 1442. Uns als einen Römiſchen König und einen oberſten Herren. *Ordinat. Conſtant. a. 1507.* Uns als das oberſte Haupt und Herren. Hodieque conſtat, ſtatus imperii adloqui caeſarem: allergnädigſter Herr. LIMNAEVS quidem *ad capitul. Ferdin. IV. p. 864. ſq.* putat: *Imperator proprie dici non poteſt dominus imperii, quoniam imperium non eſt eius res propria vel patrimonialis: poteſt autem dici, quoad prouidentiam domini loco haberi & appellari dominus honoris ac reuerentiae cauſſa, quam illi debent vaſalli & ſubditi imperii. Sic nempe eſt ſupremus dominus imperii.* Sed non video, cur is, qui caput imperii eſt, non dici queat dominus imperii in ſenſu politico & publico, non herili & priuato: quemadmodum reges omnes atque principes, licet adſtrictam habeant poteſtatem, domini compellari ſolent, non tantum honoris & reuerentiae, ſed & officii cauſſa, quod in directione ſocietatis per praecepta monitaque ſuo modo conſiſtit. Eodem ſenſu ratione muneris, quo omnibus principibus imperii tamquam caput praeeſſe intelligitur, dicitur der oberſte Fürſt. *R. I. 1512.* Ordnung der Notarien §. 4. Hinc etiam obſeruat VITRIARIVS *I. I. P. L. 1. tit. XV. §o. 1.* vocabulum principis in titulo imperatoris accipi eminenter: der Allerdurchlauchtigſte, Großmächtigſte und unüberwindlichſte Fürſt und Herr.

§. XIII.

X. Reichs-Pfleger, Reichs-Vormund, Administrator Imperii.

In litteris inuestiturae Friderico Burggrauio Norimbergensi a. 1319. datis LVDOVICVS BAVARVS memi-nit huius officii: Daß er nicht allein dadurch zu des Reichs Pflege erwählet sey, daß er das Reich pflegen, sondern daß er es auch mehren solle an Ehre und an Gut, als viel er mit Recht könne und möge. LIMN. *ad capit. Car. V. p. 129. ad capit. Ferdin. IV. p. 864.* Nihil aliud notat, quam curam imperii quam se suscepisse significat imperator. Idem nomen est cum procuratore imperii: ita nominat Ditmarus chron. L. 3. p. 341. OTTONEM II. *Tertius regni procurator nostri Otto secundus.* FRIDERICVS II. in diplom. a. 1241. HENRICVM *rasponem* Landgrauium Thuringiae, quem artes INNOCENTII IV. in regem Germaniae euexerant, *procuratorem Germaniae* vocat apud WECKEN *chron. Dresd. p. 153.* Obrepsit hic viro illustri LVDEWIGIO error per incuriam *in notis ad A. B. T. 2. p. 652.* vbi procuratorem imperii in Reichs-Sprecher insolenti plane notione immutat: Denn anderst kan ich die Worte procurator imperii oder aduocatus imperii nicht geben, dergleichen Sprecher auch in Engelland und andern Reichen zu finden. Sed quis unquam in medio aeuo aduocati totius Germaniae mentionem iniecit vel procuratorem imperii aduocato confudit? Quis vestigia deprehendit in Germania oratoris eiusmodi vel Reichs-Sprecher, qualem Anglia admisit? Procurare nihil aliud notauit, quam regere & procurator hic idem est ac rector

ctor imperii, vt ſe appellat CAROLVS M. in teſtamento apud PITHOEVM *p.* 283. WITICHINDVS ſolus huic rei probandae ſufficit, qui L. 2. p. 649. de BERTHOLDO duce Bauariae refert: *illis diebus Bertholdus frater Arnulffi procurabat Boioariam*: De HERMANNO duce ſaxonum *L. 3. p. 634. Herimannus Dux Saxoniam procurabat*: CONRADVM Franconiae ducem p. 656. vocat: *rectorem & procuratorem Francorum.* Procurator imperii itaque nihil aliud notat, quam adminiſtratorem imperii, quod modeſtum nomen quoque non reſpuerunt Caeſares noſtri. Ordnung der Notarien, 1512. proem. Deshalben wir im Anfang unſrer Regierung und angenommenen Adminiſtration des H. Reichs. FERDINANDVS I. *in proem. Capitul.* das H. Reich zu regieren, verwalten und adminiſtriren, item des Kayſerthums Adminiſtration und Regierung. R. I. 1559. Auguſt. in pr. Er habe ſich mit der Würde der Adminiſtration und Verwaltung des H. Reichs beladen. *Capitul Maximil.* II. & ſequentium Caeſarum Wir ſolleu und wollen auch uns keiner Regierung noch Adminiſtration im Reich weiters unterziehen ꝛc. Capitul. nouiſſ. art. 30. daß wir die in der güldnen Bulle benahmte Vicarii indeſſen an ſtatt unſer die Adminiſtration des Reichs continuiren. Inepte ergo STAMLERVS *de reſeru. imp.* §. 25. iniuriam inferri putat Caeſari, ſi eius imperium adminiſtratio compelletur, qua in re dicam illi ſcripſit LIMNAEVS *ad capitul. Ferdin. IV. p. 861. ſeqq.* Fluunt omnia ex officio imperatoris, de quo ſupra §. 1. ſeqq. egimus & maieſtas quoque requirit ſuorum iurium adminiſtrationem: cuius reſpectu ait LYNCKER *de capitul. caeſ. §. 11. p. 54. nil itaque, dum officii huius rationem collocat Caeſar, detractum eſſe poteſt, maieſtati. Et ipſe*

Deus omnipotentiae ſuae nil detrahit, quando eam ſecundum benignitatem & iuſtitiam exerciturum ſe eſſe promittit & exercet liberrimum numen. Ex eo quoque pronatus eſt titulus *tutoris imperii*, quem deprehendimus in federe CAROLI IV. cum Burggrauiis Norimbergenſibus a. 1353. inito, in quo excipiuntur das H. Reich und ſeine Fürmunde, Römiſche Kayſer und Könige. v. LIMNAEVM *ad capit. Car. V. p. 129.* Quum enim in tutelam ſuam recipiant Caeſares imperium, facile iſto titulo exornari potuerunt, quae formula eo aeuo non infrequens erat, vt apparet ex bulla IOANNIS XXII. qua LVDOVICO *Bauaro* imperium abdicatur: *Poſteaquam a deceſſoribus noſtris res romana a Graecis ad Germanos translata Carolo M. in fidem atque tutelam commiſſa eſt.* GOLDAST *C. I. T. IV. P. I. p. 98.* Adeoque idem notat ac defenſorem imperii, qui titulus de WENCESLAO in ſententia exauctorationis electorum occurrit, quem *inſignum ſacri romani imperii defenſorem* appellarunt. GOLDAST l. c. p. 141. ac *rectorem & defenſorem patriae*, quod elogium regis romanorum reperitur apud WIPPONEN.

§. XIV.

XI. Pater imperii.

Deuictis Hungaris liberataque Germania a tributo, quod iis quotannis pendendum erat, HENRICVS *auceps pater patriae, rerum dominus imperatorque ab exercitu appellatus eſt.* WITICHINDI *annal. L. I. p. p. 641.* Recentiore aeuo placuit quoque gratiſſimum nomen. MAXIMILIANVS II. R. I. Ratisp. 1567. §. 42. id adhibuit: So

hät-

hätten wir, als der sorgfältig wachender Käyser und treuer Vater. Paternae quoque prouidentiae, paterni studii, amoris saepissima fit mentio. *R. I. August. 1548. in problem.* loquitur CAROLVS V. haben wir aus aufgelegtem Ammte dazu wir vom allmächtigen GOtt beruffen sind, auch sonderlicher väterlicher Lieb, Treu und Zuneigung, so wir zu der teutschen Nation, unsern geliebten Vaterland von Anfang unsrer Regierung getragen. Käyserl. Erklär. wegen der Relig. 1548. Augsp. alles das gnädiglich und väterlich fürzunehmen. Item: Nun haben J. K. M. .... gantz väterlich, getreulich und mit höchstem Fleiß nachgedacht. Conf. *R. I. 1542. §. 1. R. I. 1555. §. 2. 4. R. I. 1613. pr.* FERDINANDVS III. *in R. I. nouiss. prooem.* adserit. wie wir mit sonderbahrer Käyserl. Sorgfalt, Väterlicher Liebe und affection dem H. Reich teutscher Nation unserm geliebten Vaterland zugethan. CAROLVS VI. prouocat in rescripto ad principem Lövensteinium ad Reichs väterliche Obsorge. *Electa I. P. T. 20. p. 686.* Reichsväterliche Leidwesen und Empfindlichkeit. Staats K. *T. 36. p. 442.* Reichs-väterliche Gemüht. *ibid. p. 446.* Reichs-väterliche wahre Sorgfalt. Staats-K. *T. 38. p. 480.* & offert den Evangelischen Ständen die Reichs-väterliche Hand zu bieten. *ibid. p. 487.* Quum Russi a. 1716. occupassent terras Meclemburgicas Dux ADOLFVS FRIDERICVS implorabat Caesaris Reichs-väterliche Protection und Rettung Staats-K. *T. 28. p. 445.* Corpus Euangelicum adgnoscit a. .720. dero allerhöchstes Reichs väterliche Ammt. Staats K. *T. 37. p. 650.* Auctor *de la relation veritable de la situation des affaires de Saltzbourg* de caesare augustiss. praedicat in Staats-K. *T. 60. p. 265. Elle veut être le Pere commun des Etats & des Sujets d' Allemagne de quelle religion, qu'ils puissent être.* Quidni placeret titulus ab amore ciuium

& imperantium mutuo petitus? nullum officium magis decet principem, quam cura paterna ciues patriamque amplecti. *Hoc quod parenti*, inquit SENECA *de clementia L. 1. c. 14. etiam principi faciendum est, quem appellauimus patrem patriae, non adulatione vana adducti. Cetera enim cognomina honori data sunt. Magnos & felices & Augustos diximus & ambitiosae maiestati quidquid potuimus titulorum congessimus, illis hoc tribuentes. Patrem quidem patriae appellauimus, vt sciret, datam sibi potestatem patriam, quae est temperatissima, liberis consulens suaque post illos reponens.* Est igitur titulus decentissimus imperatoris, quem hactenus augustissimus Caesar iure suo promeruit. Caue tamen, ne patris titulum in alias similitudines detrahas parum imperio nostro conuenientes. Quorsum pertinent ea, quae MVLZIVS, inepta sane metaphora exinde deduxit, vt adsereret imperatorem ad agendum in comitiis concurrere operatione principaliori: *potius dicendum*, inquit *repraes. maiest. Imp. P. 1. c. 13. §. 7. p. 176. Imperatorem ad negotia in comitiis gerenda concurrere principaliter, vt patrem, qui quasi semen confert, proponendo & inculcando ea, quae tractanda occurrunt. Ordines matris quasi vices subeunt, semen quasi concipiendo & foetum suffragiis suis formando: quod suffragiis suis conceperunt, imperatori denuo humillime offerunt, ut maiestatis suae auctoritate negotiis vltimam demum manum imponat.* Risu magis digna haec metaphora, quam refutatione. Si tamen ludere licet ingenio in re seria, semen quoque adferunt status imperii in negotiis publicis perficiendis, id est consensum decisiuum: sunt enim maximam partem comitialia.

§. XV.

§. XV.

XII. Amplificator regni.

Allezeit Mehrer des Reichs.

Proprie titulus *semper Augusti*, nostris imperatoribus sollemnis propriusque, non est titulus officii, sed honoris: notat enim aliquid peculiaribus auspiciis esse consecratum adeoque sanctitatem ei inhaerere singulari veneratione prosequendam, quod a tot scriptoribus iam ostensum. Praeter citatos a PFEFFINGERO *T. I. p.* 297. vid. THVLEMARIVM *de titulo semper Augusti*, SELDENVM *de tit. honorum P. I. c. 5. p. 68. sq.* FELTMANN *de tit. hon. L. I. c. 60.* SPENER. *I. P. P. IV. c. 1. §. 2. p. 343. sq.* Sed a Germanorum clero in titulum officii commutatus est, quasi ab augendo deriuetur caesaresque admoneat officii in promouendis imperii incrementis. Iam aeuo CAROLI M. ista opinio obtinuit: PAVLVS enim *diaconus*, DESIDERII Langobardorum regis vltimi cancellarius in *hist. miscellae L. 7. c. 11.* de Augusto ait: *hoc die, primum Augustus, quod rempublicam auxerit, consalutatus est, quod nomen cunctis antea inuiolatum & vsque ad nunc ceteris inausum, dominis tantum orbis licite vsurpatum, apicem declarat imperii.* Vsu germanicae linguae in acta publica introducto Augusti vocabulum translatum est Mehrer des Reichs, quod & in versionibus coaeuis factum, qualis de constitutione HENRICI VI. de hominibus propriis adfertur in WENCKERI *disquis. de Vssburgeris p. 13.* Wir Heinrich von Gottes Genaden Römischer Kunig zu allen Ziten merer des Riches. RVDOLPHVS I. in R. I. 1287. apud LEHMANN Speyers. Chron. L. 5.

L. 5. c. 108. dicitur ein Merer des Reiches. LVDOVICVS *Bauarus* declarat in litteris inueſtiturae §. 13. adductis, daß er zu des Reichs pflege erwehlet ſey... daß er es mehren ſolle an Ehre und an Gut. Notari cumprimis meretur diploma CAROLI IV. quo Camenicenſi epiſcopo propter feloniam vſus regalium interdicitur apud MENCKE *ſcriptor. T. 3. p. 2024. ſq. tanto maioribus circa haec noſtrae benignitatis motibus prouocamur ... quanto etiam eidem regno vel imperio prae ceteris coelitus eſt conceſſus auguſtalis titulus, quo & nos praedicti regni amplificator dicimur & auguſtus .... ne nos, qui alios in ſuis iuribus confouemus, noſtra & praedicti regni noſtri iura negligendo titulum auguſtalem nobis diuinitus, vt praemittitur conceſſum calumpniari quomodolibet reputemur.* Sic quoque KÖNIGSHOVEN Straßb. Chron. *c. 2. p. 61.* explicat titulum Auguſti: er ſolte heiſſen Auguſtus, das iſt ein Merer des Reiches und des gemeinen Nutzes. Alſo ward ime der Name Auguſtus. Und ſine nachkommen wellent auch denſelben nammen han merer des Riches und des gemeinen gutes, ob ſii es toch mit den Wercken niit erzögent. Quae omnia addi poſſunt iis, quae PFEFFINGER l. c. hac de re collegit. Nititur titulus Germanicus officio imperatoris, qui boni adminiſtratoris, tutoris, patris inſtar rei ſibi commiſſae commoda amplificare & promouere debet. Ipſa *capitulatio Nouiſſ. art.* 2. Caeſarem ad hoc praeſtandum obligat: Wir ſollen und wollen das Reich, ſo viel in unſern Kräfften iſt, ſchirmen und vermehren. Subintelligitur autem iuſtus augendi titulus: quis enim ſuſpicabitur, caeſares obligari ad augmenta cum iniuriis coniuncta. Quamobrem etiam LVDOVICVS *Bauarus* recte adiecit: daß er es mehren ſolle an Ehre und an Gut, alß viel er mit Recht könne und möge.

Etſi

Etsi enim, inquit ARVMAEVS *I. P. vol. IV. p. 315. imperatores dicantur semper Augusti*, zu allen Zeiten mehrer des Reiches, *hic tamen titulus non ita accipiendus, quasi imperator romanus ex quauis caussa aduersus peregrinam gentem bellum suscipere & ita romanum imperium augere licite possit, sed exaudiendus hic titulus de iusta caussa augendi imperii.*

§. XVI.

XIII. Der oberste Lehn-Herr.

Caesarem verum feudorum imperii dominum eumque supremum adgnoscunt & testantur numerosa diplomata. CAROLVS IV. in diplomate, quo comitatum Lucenburgicum in ducatum conuertit ap. LEIBNITZ *C. I. G. D. P. I. p. 207.* fratrem, nouum ducem adloquitur: *dum eumdem tuum principatum seu ducatum Lucenb. a regia maiestate in feudum susciperes, nobis velut romanorum regi & vero tuo domino fidelitatis, obedientiae & subiectionis debita iuramenta solita praestitisti.* FRIDERICVS IV. in Zernichtungs-Brieffe des Vergleichs der Bissch. von Würtzburg und Bamberg a. 1465. ap. LVNIG. *C. I. F. T. I. p. 63.* ait: uns, alß Röm. Käyser und obersten Lehenherren. MAXIMILIANVS I. a. 1504. ducatum Bauariae adiudicauit comitibus palatinis Rheni, alß Römischer König und rechter oberster Lehenherr des H. R. Reichs LÜNIG. *R. A. P. spec. cont. 2.* erste Forts. §. 36. *p.* 58. Et nihil frequentius in litteris inuestiturae caesarum, quam vt fidelitas exigatur, ihrem rechten natürlichen Herren. LÜNIG. *l. c. p. 606. 609. 636. 655.* einem Röm. Kayser, als seinen rechten Lehnherren ibid. p. 669. uns, alß Ober-Lehnherren: ibid.

p. 1267. sq. In cauſſa Limburgica a. 1721. quaeſtionis deciſionem, num ius voti & ſeſſionis in comitiis vniuerſalibus & circularibus rebus feudalibus an allodialibus accenſendum, ſibi reſeruat caeſar auguſtiſſimus, als höchſten Richter und Lehenherren im Reich. Staats-Kantzl. *Tom. 38. p. 631.* vrget die uns allein *competir*ende allerhöchſte Richter und beharrliche Kayſerliche *Deciſion*. R. Hoffrahts *concluſa T. 3. p. 555.* uns alß allerhöchſten Lehnherren anzuruffen. *ibid. p. 558.* Ex hoc titulo tamen non ſequitur, dominium directum *priuatiue* Caeſari inhaerere, ſed innititur quoque Imperio, quod cum caeſare dominium illud exercet, vt feuda ſimul pendeant a caeſare & imperio. FRIDERICVS II. de iure conducendi praecipit a. 1234. *vt nullus conductum alicui praebeat, niſi forte conductum a nobis & ab imperio iure poſſideat feodali.* ALBERICVS ad h. a. ALFONSVS electus rex romanorum in litteris inueſtiturae de ducatu Lotharingae a 1258. *inueſtimus te*, inquit, *dictum ducem & comitem de quinque vexillis in ſignum quinque dignitatum, quas in feudum ab imperio tenere debes.* LEIBNITZ *l. c. p. 19.* LVDOVICVS *Bauarus*, quum CASTRVCCIVM crearet ducem Lucanum, eum appellat: *Suum & imperii fidelem dilectum.* LEIBNITZ *l. c. p. 130.* CAROLVS IV. fratrem ſuum WENCESLAVM, quem ducem creauerat Lucenburgicum, iisdem verbis, quo ſe dominum eius profitetur, dicit ſacri imperii vaſallum ipſique iniungit, *quod tu haeredes & ſucceſſores tui, Duces Lucenburgenſes ducatum ſiue principatum L. praedictum cum omnibus ſuis pertinentiis, a nobis nec non a ſereniſſimis imperatoribus ſeu regibus romanis ſucceſſoribus noſtris & ab ipſo romano imperio, quoties opportunum fuerit debito ſolemnitatis honore cum vexillis, vt moris eſt & ſolita re-*

uerentia

terentia ſuſcipere debeatis. LEIBNITZ *l. c. p. 208.* RVPERTVS quoque imperator *in conſtit. de vicariatu imperii a. 1401.* firmat eiius *a recipientibus feuda homagii, fidelitatis, obedientiae & deuotionis debita iuramenta noſtro & ſacri imperii nomine & vice poſtulandi & recipiendi.* Notiſſimum ſane eſt hodie ſtatus imperii eſſe dicique caeſaris & imperii vaſallos & iureiurando promittere: Ihro Kayſerl. Maj. und dem H. Römiſchen Reich getreu hold und gewärtig zu ſeyn. Quum etiam in *capitulatione Leopoldi art. 30. Ioſephi art. 29.* aliisque praecedentibus legantur verba: Wann auch Lehn dem Reich und uns bey Zeit unſrer Regierung durch Todesfall oder Verwürckung eröffnet und lediglich heimfallen werden: in capitulatione tamen perpetua & nouiſſ. art. XI. omiſſa eſt caeſaris mentio: Wenn auch inskünfftige Lehen dem Reich durch Todesfälle oder Verwürckung eröffnet: vnde quidam HIPPOLITHVS a LAPIDE collegiſſet principales dominii directi partes eſſe penes imperium. Quod tamen quam inique adſeratur iam oſtenderunt BÖCLER *animadu. in Hippol. a lap. p. 93. ſqq.* SLÜTER *animadu. in eund. Hippol. p. 308. ſqq.* ITTERVS *de Feud. Imp. c. 4. §. 5. p. 156. ſqq.*

§. XVII.

XIV. Reichs Obriſter Feldherr.

Caeſar ita appellatur apud LONDORP *T. VI. L. 3. c. 113. p. 197.* in litteris auocatoriis FERDINANDI III. ad exercitum imperii, cui hactenus elector Bauariae tamquam ſummus Dux militaris praefuerat, quibus electorem ſua praefectura excidiſſe denuntiat: ihr ſeyd alß unſre und des H. Reichs Völcker ſchuldig und verbunden, von

uns alß Röm. Käyser und obriſten Feldherren, von dem auch etliche fürnehme hohe Officirer und Befehlshabere ſonderbare Gnaden, Titul und officia bekommen, ohne Mittel Ordinantz und Befehl anzunehmen und nach denſelben euch hinführo zu verhalten. Imperatoris nomen idem olim ſignificabat: erat enim titulus officii, notans archiſtrategum ſeu ſupremum belli praefectum: poſt autem IVLIO CAESARI ſenſu eminentiore tributum, eiusque ſucceſſoribus, vt ſummam imperii iis delatam denotaret. Qua de re iam copioſe explicarunt WAGENSEIL & vir de antiquitatibus romanis optime meritus REVSCHIVS *diſſ. de titulo Imperatoris*: SPANHEMIVS *de vſu & praeſtantia numism. Diſſ. 12. p. 392.* HVBERVS *orat. de ſummi imperatoris officio.* SCHVRTZFLEISCH *de titulo Auguſti §. XI.* CONRING. *de Germ. Imp. Rom. c. 8. §. 12.* Hodie itaque eſt titulus dignitatis eminentiſſimae, deſignans ſupremum caput imperii Rom. Germ. maieſtate ſumma exornatum. Quum vero imperator nomine imperii per ſummum maieſtatis ſuae officium etiam belli & exercitus imperii curam ſuſcipiat ſuſtineatque, merito ſupremum imperatoris bellici munus ipſi concreditum intelligitur tituloque tribui poteſt. Alii ſummi exercitus imperii praefecti ſunt officiales caeſaris & imperii ipſumque nomen Feldmarſchall, id indicat: mareſcalcus enim notat miniſtrum ſtabulo regio olim praefectum, qui & rei militari praeerat, vt patet ex WITICHINDI *annal. L. 2. p. 643.* vbi de ſupremo mareſchallo imperii ARNVLFO teſtatur: *equeſtri ordini & eligendis locandisque caſtris praeerat:* & ex WILHELMO *Brittone L. 8. Philippid.*

Cuius erat primum geſtare in proelia pilum
Quippe mareſchalli claro fulgebat honore,

Quid-

Quidquid a ſummis hiſce belli miniſtris peragitur, morali ciuilique imputatione refertur ad ſupremum exercituum imperii dominum, ſcilicet imperatorem, qui belli fortunam per eos experitur, per eos vincit vel vincitur, quod numi, tropoea aliaque monumenta loquuntur. Num autem poteſtas tituli eo vsque porrigatur, vt caeſar ſuamet auctoritate inconſultis ſtatibus imperii duces bellicos communi conſenſu conſtitutos amouere militesque de obſequio ipſis debito abſoluere queat, merito dubitandum. Quamuis enim ſuprema cura rei militaris in imperio vi maieſtatis caeſari competat, exercenda tamen eſt ſecundum leges imperii modumque ab iis determinatum. Conſtat autem, dvces & ductores bellicos militum imperii conſenſu comitiali deſignari, ab iis ſacramenta dari caeſari & imperio, negotia bellica dirigi conſenſu communi, adeſſe exercitui imperii ſtatus a comitiis deputatos &c. Vnde colligere fas eſt, officium ſupremae inſpectionis rei militaris caeſari incumbens exerceri non poſſe, niſi cum conſenſu ſtatuum imperii. Quare elector Bauariae in litteris ad praefectos militum ſibi ſubordinatos recte monuit: Daß wir nicht ſehen, warum J. K. M. unſre Völcker dergeſtalt begehren zu ſich zu bringen, aiß allein, daß ſie uns wollen dasjenige commando unverſchuldter Dinge entziehen, welches wir von Ihro allein nicht, ſondern von Ihr und den geſammten Catholiſchen Ständen des Reichs erkennen: Und welches uns mit einer ſolchen abſolutezza anvertrauet worden, daß Sie auch nicht befugt ſind, uns deſſen wieder unſren Willen zu priuiren. LONDORP. *T. VI. L. 3. c. 114. p. 199.*

§. XVIII.

XV. Höchster Ober-Richter im Reich.

Officii huius frequens hactenus mentio facta in actis publicis. In decreto commissionis a 1715. de recursu ad comitia in causis iustitiae: aus geziemender Ehrerbietung und Vertrauen gegen den von GOtt angesetzten Obristen und nachgeordneten allerhöchsten Richter im Reich. Staats-K. *T. 26. p.* 724. In litteris Caesaris ad regem Porussiae de dimittendo comite RANZOVIO ex captiuitate a. 1715. nicht geschehen lassen können, daß von jemand andern dann uns, alß eintzig und alleinigen ohnmittelbahren Richtern über dieselben einige Iurisdiction und cognition vorgenommen werden: item: des Graffen Verbrechen.... an uns mit erforderlicher Bescheinigung zu der uns über ihn hierin priuatiue zustehenden allerhöchsten cognition ohnverzüglich berichten. Staats-K. *T.* 28. *p. 390. sq.* In litteris ad regem magnae Britanniae a. 1720. Wir als Röm. Käyser, Obrister Lehenherr und höchster Richter im Reich. Staats-K. *T. 36. p. 528.* conf. 545. 547. 554. 560. In decreto commiss. 1731. welches alles J. K. M. Macht-Hand und Oberst-Richterliche Obsorge dabey zu halten, niemahls ermangeln würden. Staats-K. *T. 59. p. 699.* In rescriptis ad archiepiscopum Salisburgensem in causa emigrationis ciuium, in actis Meclemburgicis, in R. Hoff-Rahts conclusis tot exempla huius tituli occurrunt, vt eorum recensione nauseam crearem. Auctori des Bedenckens über die Wegnehmung eines Churfürstl. Ministri in den Käyserl. Erblanden a. 1693. apud Lünig Staats-*Consil. T.* 2. *p. 1216.* videtur titulus plane nouus & insolens: *inauditum est*, inquit, *quod Caesar in modernis ad Electorem scriptis litteris vtatur*,

tur formula: Käyserlichen Ober-Richterlichen Ammts wegen. Sed errat grauissime: viu enim perquam diuturno hic titulus inualuit. WILHELMVS Landgrauius Hassiae a. 1454. prouocat ad caesarem, tamquam iudicem supremum: so mag man das Brengen an unsern allergnedigsten Herren, dem Röm. Keyser; der unser natürlicher oberster Erbherr und geordneter Richter ist. Müll. R. Tags *theatr. P. 2. p. 501.* & litteris ad caesarem datis: der und aller weltlichen Gerichte Jr ein volmächtiger und unzwivellicher oberster Richter und Herr seyt. *ibid. p. 504.* FRIDERICVS IV. sibi eumdem tribuit a. 1454. litteris ad electorem Colon. die Partheyen und Sachen für uns, als Römischen Keyser, Jrn obersten Richter zu weisen. ibid. 505. 507. 508. SIGISMVNDVS Imp. a. 1434. FRIDERICO II. electori Saxoniae declarat: und wir solcher Sachen, alß ein Röm. Käyser rechter Richter seyn und die Sache richten sollen und wollen. Müll. *L. c. P. V. p. 466. 469. 471.* Controuersiam inter duces Bauariae & RVPERTVM comitem palatinum decidit MAXIMIL. I. alß ordentlicher Richter. GOLDAST. R. Handl. *p. 45.* Nec *video*, quomodo hoc elogium Caesaris in dubium vocari queat: quamuis enim iurisdictio suprema Caesari non tantum, sed & imperio competat, imperium tamen per caesarem repraesentari & iurisdictionem exerceri vult secundum normam praescriptam eumque certo respectu supremum vult esse iudicem. Quod adserto auctoris der Fürstl. Brandenb. Anmerck. wieder Nürnberg a. 1709. reponendum duco: Massen dem Käyser, alß Haupt und denen Ständen, alß membris imperii in corpore *eine* supereminente Iurisdiction über die beyden höchsten Reichs-Gerichte zustehe. *Electa 1. P. T. I. p. 1037.* MATTHIAE & FERDIN. III. R. H. O. Tit. I. fatentur: unser Käyserl. Reichs-

Reichs-Hoff-Raht, dessen obristes Haupt und Richter allein wir und ein jeder Römischer Käyser selbst ist. VFFENBACH *de consil. aul. in mantissa p.* 21. *51.* In ordinatione a CAROLO VI. ao. 1714. promulgata habentur eadem: So haben Sie den gehorsamsten R. Hof-Rath als dessen obristes Haupt und Richter allein Sie und ein ieder Römischer Kayser selbst seyn, von neuen zwar bald anzusetzen ==== und solchem nach von Kayſ. allerhöchsten Ober-Richterlichen Macht und Vollkommenheit folgendes zu erinnern und zu verordnen gut befunden. *Electa l. P. T. VII. p. 183.* Hoc officium Caesar augustissimus primariis coronae caesareae cimeliis accenset rescripto ad princ. Commiss. Ratisp. a. 1721. Indem ia endlich alles dieses nichts als kundbare effectus der supremae potestatis ius dicendi & custodiae legum publicarum sind, die wir vor den edelsten Stein unserer Kayserlichen Krone und darmit dergestalt unzertrennlich verknüpffet halten, daß wir uns daraus, von wem es auch immer sey, so lange wir den Kayserl. Thron betreten, auf keinerley weise verdringen noch weniger diese hohe iura durch solche Dinge unnütze und unbrauchbar machen lassen werden. Staats-C. *T. 38. p. 505. seq.* Quis publicorum imperii negotiorum gnarus neicit, status imperii toties inclamasse Caesarum supremam cognitionem iudicisque supremi auxilium idque tacito consensu adgnouisse? Duces Bauariae comitesque palatini a. 1505. suam controuersiam MAXIMILIANO I. unsren rechten Herren und ordentlichen Richter zu endlichen Austrag und Entscheid. GOLDAST. R. Handlungen *p.* 47. Elector Ducesque Saxoniae apud auctorem der ausführlichen Deduction des Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen an dem verledigten Fürstenthum Jülich plane concedunt: Daß der

Kay-

Kayserl. Mai. vermöge beschriebener Rechte, des H. R. Constitutionen und üblicher observantz im Reich die Cognitio und Decisio, als dem eintzigen ohnmittelbaren Richter allein zustünde, die könten und wolten Sie ihrer Majest. als Gehorsame des Reichs Chur- und Fürsten nicht entziehen. Comites imperii euangelici a. 1576. graphice illud describunt: Dieweil sie wissen, daß E. K. M. von GOtt dem Allmächtigen eben darum zum höchsten Haupt und Magistrat des gantzen Reichs erhebt und verordnet sind, damit sie in strittigen Sachen, daran des gantzen Reichs gemeiner Nutz und Wohlfahrt gelegen ist, pro auctoritate fastigii & muneris imperatorii selbst darein zugreiffen und alles das zur Billigkeit zu richten haben, was sonst der Partheyen widerwärtiger Gedancken halber im Streit verbleiben möchte. LEHMANN Reichshandl. *P. I. p.* 411. Corpus euangelicum a. 1716. vtilitatem interceſſionum demonstraturum ait: Wenn dadurch Euer Kayſ. Maj als höchster Richter Anlaß bekommen, die höchsten R. Gerichte Reichs Constitutions-mäßig in den Schrancken ihres Ammts zu halten. Staats-C. *T.* 27. *p.* 752. & *in litteris* ad Caesarem a. 1720. daß sie zwar Ihrer Kayserl. Maj. alterhöchstes Richterliches Ammt gebührend imploriren. Staats-C. *T.* 37. *p.* 592. & paullo post *p.* 595. Wo dieselbe als allerhöchstes Oberhaupt zum Rechten zu sehen und Dero Kayserlich Ober-Richterliches Ammt zu interponiren haben. Rex Poruſſiae respondit Caesari a. 1720. in welchem Sinn das ius aduocatiae mit dem Ober-Richterlichen Ammt nicht bestehen könnte. In litteris intercesſional. corp. euang. 1729. Auch Ewr. Kayserl. Maj. Obrist-Richterlicher Auctorität selbsten gereichet zu grösten Nachtheil. St. C. T. 55. p. 66. & a. 1724. Weil Ewr. Kayserl. Majest. Krafft Dero allerhöchst Ober-Richterlichen Ammts schon die Hand

